omnia iumenta, omnes agros, quin etiam mancipia domui Pharaonis acquisivit. septimo anno semina ad totam Aegyptum frumento conserendam praebens instituit ut fructuum quinta pars regi penderetur. quod etiamnum in Aegypto obtinet, solis sacerdotibus immunibus, quod eorum agros tantum Iosephus eo onere liberasset. ceteroqui salutem hoc suam et summum beneficium Aegyptii putantes, hodieque morem retinent quintam omnium terrae frugum partem Pharaoni tribuendi.

Iacobus in Aegypto apud Iosephum annos vixit 17, vixit omnino annos 147. ut finem vitae suae appetiisse intellexisset, Iosephum ad se evocatum femori suo, ut erat moris, manum subiicere iussit, iuramentoque obstrinxit ne se in Aegypto humaret, sed ad maiorum suorum sepulchrum reportaret. cum Iosephus ita uti pater iusserat, manu eius femori supposita iurasset, illico Israelus ad extremum virgae Iosephi adoravit. post haec Iosephus, audito patrem adversa valetudine conflictari, secum ductis Manassa et Ephraimo filiis ad eum visendi gratia perrexit. tum Israel assedit, factoque dicendi initio, quibus eum prosperitatum denuntiationibus deus impertivisset, ac quae ei in terra Chananaea promiserit, refert. tum Iosephi filios, ei in Aegypto natos,

Αἰγύπτου, Ἐφραῒμ λέγω καὶ Μανασσῆν, εἰπὼν "ὡς Ῥουβεὶμ
B καὶ Συμεὼν οὗτοί μοι ἔσονται, τὰ δέ γε ἔκγονα τούτων σοὶ ἔσονται." ὅτι γὰρ ἔμελλεν ὥσπερ τἆλλα οὕτω καὶ τοὺς υἱοὺς τῷ θεῷ ἀποδεκατοῦν ὁ Ἰσραὴλ (καὶ γὰρ ὁ Λευὶ εἰς κλῆρον ἀφώρισται μετὰ ταῦτα τῷ θεῷ), ἵνα μὴ ὁ τῶν δώδεκα φυλῶν ἀριθμὸς ἐλαττωθῇ, τούτου χάριν οἶμαι ὁ Ἰσραὴλ τὸν Ἰωσὴφ ἀντὶ δύο υἱῶν ἡγησάμενος τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς φυλὰς διετάξατο δύο, Ἐφραῒμ δηλαδὴ καὶ Μανασσῆν. καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ τοῦ Ἰσραὴλ βαρυωποῦντες ἀπὸ τοῦ γήρως ἦσαν, ἀμυδρὰ δὲ ὁρῶντες ὁρῶσι τοὺς υἱοὺς Ἰωσήφ, καὶ ἐπυνθάνετο τίνες ἂν εἶεν. οὓς καὶ προσεγγίσαντας περιέλαβε καὶ κατεφίλησεν, καὶ φησὶ πρὸς Ἰωσήφ
C "ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστέρησέ με ὁ θεός, ἀλλ' ἔδειξέ μοι καὶ τὸ σπέρμα σου." ἐξαγαγὼν δὲ Ἰωσὴφ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν γονάτων Ἰσραὴλ τοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ, εἶτα τὸν Μανασσῆν μὲν ἐν τῇ δεξιᾷ ἐξ ἀριστερῶν δὲ τὸν Ἐφραΐμ, αὐτὸς τὰς χεῖρας ἀμείβων τὴν μὲν δεξιὰν ἐπὶ τοῦ νεωτέρου τὴν ἀριστερὰν δὲ ἐπὶ τοῦ πρεσβυτέρου τὴν κεφαλὴν τιθείς, εἰς μυστήριον σταυρικοῦ τύπου, οὕτως εὐλόγησεν αὐτοὺς ὥστε πληθυνθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ὥστε αὐτοὺς ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τῶν πατέρων αὐτοῦ. βαρὺ δὲ κατεφάνη τοῦτο τῷ Ἰωσήφ, καὶ τῆς πατρικῆς δεξιᾶς ἀντελάβετο, ἀφελεῖν βουλόμενος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς Ἐφραῒμ καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, "οὗτός ἐστι, πάτερ," εἰ-

1 Αἰγύπτῳ R εἰπὼν om R 2 οὗτοι] λέγων R ἐμοὶ R
3 ὅτε R 9 δὲ] γοῦν R 19 ὡς ἐκ lego. margo P

Ephraimum dico et Manassem, adoptat, pollicitus eos sibi eodem quo Rubenus esset atque Simeon loco futuros, eorum tamen progeniem Iosephi futuram. etenim Israelus cum esset ut reliquorum, ita filiorum quoque decimam partem deo consecraturus (nam postmodo Levis sorte deo est addictus), ne duodecim tribuum numerus diminueretur, eius opinor rei causa Iosephum duorum filiorum loco duxit, filiisque eius duas tribus assignavit, Ephraimo nimirum unam, alteram Manassae. iam senectus oculos Israeli hebetaverat: itaque cum obscure filios Iosephi cerneret, quinam essent percontatur, accedentesque amplexus et deosculatus est, ita Iosephum alloquens "ecce conspectu tuo deus me non privavit: quin et sobolem tuam videndam dedit." Iosephus filios a genibus patris eduxit, uti procumberent in genua coram eo: inde Manassem Israeli ad dexteram, Ephraimum ad sinistram statuit. at Israelus manibus in diversas partes diductis, ita uti dextram iunioris, laevam maioris capiti imponeret (quo facto crucis mysterium designavit), ita illis prospera est precatus uti terram implerent progenie ac super iis Israeli Isaaci et Abrahami nomina celebrarentur. Iosepho autem ea res indigna visa; dextramque patris apprehensam ab Ephraimi capite in caput Manassae transferre conatus est, hunc maiorem natu esse patrem monens,

πών, "ὁ πρεσβύτερος, καὶ τούτῳ ἐπίθες, ὡς καθήκει, τὴν δε- D
ξιάν." αὐτὸς δὲ "οἶδα, τέκνον, οἶδα" ἀπεκρίθη· "αὐτὸς ἔσται εἰς λαὸν καὶ ὑψωθήσεται, ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται," καθάπερ ὁ νέος καὶ ἐν πνεύματι Ἰσραὴλ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ ὁμολογουμένως μείζων ἐστί. μετὰ ταῦτα τοὺς πάντας υἱοὺς ὁ Ἰσραὴλ συγκαλούμενος διετίθετο αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἕως τοῦ ἐσχάτου, οἷς μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις διέλεγξιν καὶ μέμψιν, οἷς δὲ προφητείαν τοῦ μέλλοντος καὶ τῶν ἐσομένων δήλωσιν, οἷς δὲ εὐλογίαν καὶ ἔπαινον· καὶ καθὼς ἐδίδου τὸ πνεῦμα, ἑκάστῳ τὸ δέον ἐπιφθεγξάμενος ὁ μακάριος οὕτως ἐτελεύτα. καὶ πρώτην μὲν ῥῆσιν, οὐκ εὐλογίας P 39
ἀλλὰ μέμψεως καὶ ἐλέγξεως, τῷ πρωτοτόκῳ Ῥουβεὶμ ἐπιφωνεῖ, ἰσχὺν μὲν αὐτὸν καὶ τῶν τέκνων ἀρχὴν ἀποκαλῶν, σκληρῶς δὲ καὶ αὐθαδῶς φερόμενον ὑβρίζειν ἔν τε ἄλλοις πλείστοις καὶ ἐν τῷ ἐπὶ τὴν κοίτην ἀναβαίνειν καὶ μιαίνειν τοῦ πατρὸς τὴν στρωμνὴν μετὰ Βάλας τῆς αὐτοῦ παλλακῆς. παραγγέλλει τοίνυν μηκέτι ὡς ὕδωρ ἐκζέσαι τοῦτον ἀσελγεῖ πόθῳ καὶ ἐπ' ἀνομίᾳ προσθεῖναι ἀνομίαν. δεύτερον δὲ τὸν θυμὸν Συμεὼν καὶ Λευὶ καὶ τὴν μῆνιν ἐπικαταρᾶται, ὡς αὐθάδη τε καὶ σκληρὰν τὴν εἰς τοὺς Σιχιμίτας μιαιφονίαν καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν κατὰ ἀθώων ὕβριν διασύρων, B
καὶ τὴν ἀδικίαν τῆς αὐτῶν προαιρέσεως, ὥσπερ καὶ ἣν διὰ τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν Δίναν ἀναιτίοις ἐπήγαγον, μήποτε ἐπερεῖσαι τὰ σπλάγχνα ἤτοι συναινέσαι τῇ βουλῇ αὐτῶν ἐπευχόμενος. τῷ Ἰούδα δὲ σαφῶς, διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ μέλλοντα βλαστάνειν Χρι-

eique de more dextram imponendam. ad haec Israelus "novi" inquit "ista, novi nate. Manasses populum procreabit et exaltabitur, ceterum minor natu filius eum magnitudine praestabit," quemadmodum et posterior ac spiritualis Israelus antiquiore et carnali Israelo haud dubie maior est. secundum haec Israelus filiis omnibus ad se convocatis, a primo ad ultimum omnes extremum allocutus, aliorum facta reprehendit atque culpavit, aliis futura praedixit, aliis collaudatis fausta denuntiavit. cumque pro eo atque spiritus suggerebat, unicuique ea quae in rem erant dixisset, ita ex hac vita decessit. ac primum quidem dictum Rubeni fuit non fausta comprecatio, sed reprehensio atque obiurgatio. nam robur quidem eum et filiorum principium nominat, sed ferocem iuxta atque insolentem, et qui cum alia per libidinem ac superbiam multa deliquisset, tum patris etiam lectum conscendisset atque polluisset incesto cum Bala eius pellice concubitu. hortatur ergo eum ne porro aquae instar obscoena libidine effervescat flagitiove flagitium addat. secundo loco iram ac furorem Simeonis et Levis detestatur, truculentamque in Sichemitas editam caedem vimque innoxiis illatam carpit, ipsorumque iniustam voluntatem, qua ducti propter sororem suam Dinam innocentes trucidassent. ac gloriatur se neque eorum incepti conscium neque instituti approbatorem fuisse. at vero Iudae, propter Christum

στόν, αἴνεσιν καὶ προσκύνησιν καὶ νίκην κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ πάντων εὐαγγελίζεται· ὃν καὶ ὡς σκύμνον λέοντος διὰ τὸ φύσει βασιλικὸν τοῦ μονογενοῦς, ὡς ἐκ βλαστοῦ δὲ αὐτοῦ ἀναβῆναι διὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν ἢ σάρκωσιν, καὶ αὐτὸν δὲ τοῦτον ἀναπεσόντα κοιμηθῆναι καὶ ἐγερθῆναι διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου
C καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἀριδήλως ὁ θεῖος ἐκεῖ πρῶτος προηγόρευσεν Ἰσραήλ. μὴ ἐκλείψειν δὲ ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα ἢ ἡγούμενον, ἕως ἄν, φησίν, ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, τουτέστιν ὁ Χριστός, ὅς ἐστιν ὄντως προσδοκία τῶν ἐθνῶν· ὃς τὸ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ καὶ ἡγεμονίᾳ καὶ ἀρχικῇ ἐξουσίᾳ πάσῃ γαυρίαμα ἀφελόμενος τῶν Ἰουδαίων, καὶ εἰς ἑαυτὸν πᾶν τὸ κράτος τῶν ὅλων ὡς παντοκράτωρ ἀναρτησάμενος, οἷς βούλεται τοῦτο καὶ χαρίζεται. οὗτος πρὸς τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, ἥ ἐστιν ἐκ περιτομῆς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, τὸν πῶλον τῆς ὄνου, τὰς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, ἐν τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου ἤτοι τῷ πνεύματι τῆς ἀγάπης προσεδέσμευσεν. οὗτος τὴν αὐτοῦ στολὴν καὶ τοῦ σώματος τὴν περιβολήν, ὡς ἐν οἴνῳ τῷ αἵματι τῆς στα-
D φυλῆς βεβαμμένην, ἐν τῷ οἰκείῳ αἵματι πλυνεῖ, ὅ ἐστιν, ἐκ τῆς φυσικῆς φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταβαλεῖ, ἐν σταυρῷ αἱματούμενος καὶ ἐκ νεκρῶν ἀμίαντος καὶ ἄφθαρτος ἀνιστάμενος. τούτου καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ χαροποί, ὡς ἀπὸ οἴνου τοῦ πνεύματος πεπληρωμένοι τοῦ ἁγίου, οἱ ὀδόντες δὲ ὑπὲρ τὸ γάλα λευκοί, τὸ ὑπερφυῶς φωτοειδέστατον τῶν αὐτοῦ λόγων καὶ καθαρώτατον ἐμφαίνοντες. Ζαβουλὼν παράλιον πρὸς ὅρμον πλοίων προελόμε-

ipsius ex stirpe oriturum, perspicue laetam laudis adorationis atque de omnibus hostibus victoriae denuntiationem exponit; quem et catulum leonis ob unigeniti naturam regiam, et germen ex ipso pullulaturum ob carnis de virgine assumptionem et humanos natales appellat. eundem quoque moriturum et vitae restitutum iri, ob mortis propensionem et resurrectionem, evidenter ibi primus omnium divinus praedicit Israelus. ait vero nunquam principem seu ductorem ex stirpe Iudae defuturum, donec id veniat cui res repositae sunt, nempe Christus, qui vere gentium exspectatio est; qui Iudaeis fastum elationemque omnem, ut ii ob regnum imperium universamque potestatem gloriabantur, adimens, sibi ut omnipotenti omnem universarum rerum dominationem vindicans, quibus vult ea ipse largitur. is ad vitem suam, hoc est sanctorum ex circumcisione ecclesiam, pullum asinae, id est collectas ex gentibus ecclesias, capreolo vitis, quod est spiritus dilectionis, alligavit. is stolam suam, carnis videlicet amictum, ut in vino in sanguine vitis tinctam, in suo proprio sanguine lavabit, id est, ex interitu naturali ad condicionem interitus expertem transferet, quandoquidem in cruce cruentatus, a mortuis purus ac interitui nequaquam porro obnoxius exstitit. huius etiam hilares sunt oculi, tanquam a vino, spiritu nimirum sancto repleti. dentes lacte candidiores excellentissimam sermonum eius perspicuitatem atque puritatem notant. Zabulon maritimam ad navium sta-

νος κατοικεῖν ἕως Σιδῶνος τῆς πόλεως τὴν αὐτοῦ κατοίκησιν παρα-
τενεῖ. ὁ Ἰσσαχὰρ δὲ τὴν ἐν μέσῳ τῶν κλήρων ἰδὼν γῆν, ὅτι
πίων, ὅτι εὔκαρπος καὶ καλή, φιλοπονεῖν αἱρετίσεται καὶ ἀνὴρ
γεωργὸς ἔσται. καὶ Δὰν μὲν τὸν λαὸν αὐτοῦ, φησί, κρινεῖ, ὡσεὶ P 40
καὶ μία φυλὴ ἐν Ἰσραήλ, ὡς ἡ βασιλικὴ τοῦ Ἰούδα φυλή, καθά-
περ πάλαι ὁ Σαμψὼν καὶ ὕστερον ὁ τῆς ἀνομίας υἱός, ὥσπερ τις
ὄφις ἐφ᾽ ὁδοῦ τοῦδε λανθανόντως τοῦ βίου λοχῶν, καὶ πτέρναν
ἵππου, τοῦ ἀπερισκέπτως τὸν βίον τουτονὶ τρέχοντος τὴν ὁδόν,
διαστρέψας. τοῦτον γὰρ δάκνων καὶ λοιπὸν πανούργως ὑπὸ τοῦ
θεοῦ ὑποσκελίσας, πεσεῖται χαμαὶ ὁ ἱππεύς, πιστὸς καὶ εὐσεβὴς
ἄνθρωπος, μετανοῶν καὶ τὴν ἐκ θεοῦ σωτηρίαν αὖθις ἀνακαλού-
μενος. τὸν Γὰδ δὲ πειρατήριον, φησί, πειρατεύει, οἷα πολλὰ
κατὰ τοὺς πολλοὺς καιροὺς πειρατήρια τῷ Γὰδ μὲν ἀπὸ τῶν πλη-
σιοχώρων συνέπεσεν ἐχθρῶν, αὐτοῖς δὲ αὖθις ὁ Γὰδ πειρατήριον B
κατὰ πόδας ἐπενήνεκται. καὶ Ἀσὴρ μὲν οὕτως τῷ ἄρτῳ περισ-
σεύει ὡς καὶ τοῖς ἄρχουσι διδόναι τροφήν, Νεφθαλεὶμ δὲ στελέχει
φυτοῦ ἀνειμένῳ παρεικασθήσεται, ἐπιδιδοὺς εἰς πλῆθος καὶ κάλ-
λος δυνάμεως ὡς γεννήματα πληθύϊ καρπῶν. τοῖς μὲν οὖν τὰ
τοιαῦτα προφητεύων ἐπέλεγεν ὁ Ἰσραήλ. σφόδρα δὲ τὸν Ἰωσὴφ
ὡς λίαν ἠγαπημένον εὐλογῶν "υἱὸς ηὐξημένος καὶ δεδοξασμένος,
ὡς ζηλωτὸς ἢ ἐπίζηλος καὶ μακάριός μου ὁ υἱὸς ὁ νεώτερος. Ἰω-
σήφ, πρός με ἀνάστρεψον, πρός με τὸν πατέρα τὸν σόν. ὅρα

9 ἀπὸ?

tionem deligens habitationem usque ad Sidonem urbem incolet. Issachar contra terram in medio conspicatus pinguem esse, fertilem atque bonam, ad labores studium suum conferet, fietque agricola. Dan, inquit, populum suum iudicabit, sicut et alia tribus Israelitica, nempe ut regia Iudae familia, sicuti olim Samson. et deinde filius iniquitatis tanquam coluber aliquis in via huius vitae occulte insidiatus, calcem equi (nimirum iter eius qui imprudenter hanc vitam degit, a recto avertens) mordet, ac tandem astute a deo aversum subvertit. concidet humi eques, id est homo fidelis ac pius, rursusque resipiscens et auxilium dei implorans. Gadum, ait, praedones depraedabuntur; quales multas diversis temporibus Gadus a finitimis hostibus praedatorias incursiones protulit: ipse vicissim Gadus eos e vestigio latrociniis ultus est. Aserum adeo fructibus abundaturum ut etiam principibus alimenta suppeditaturus sit. Nephtalinum trunco plantae sese subiicienti similem fore, multitudine et elegantia potentiae auctum veluti ramis admodum frugiferis. haec quidem iis vaticinans praedixit Israelus. Iosephum vero impensius dilectum' excellentioribus felicitatis denuntiationibus est prosecutus. Iosephus, ait, filius incrementa fecit gloriaque est praeditus: quam suscipiendus est filius meus iunior? Iosephe, ad me revertere, ad me patrem tuum. de cetero cave ad Pharaonem aut ad impios

λοιπὸν μὴ πρὸς Φαραώ, μὴ πρὸς Αἰγυπτίους ἀσεβεῖς, ἀλλὰ C πρὸς ἐμέ, φησί, καὶ τὴν εὐσέβειαν τῶν πατέρων ἐπιστρέφου τῶν σῶν. καὶ γὰρ κατά σου διαβουλευόμενοι ἐλοιδοροῦντο καὶ ἐνεῖχον τοξόται, τρῶσαι θέλοντες καὶ ἀποκτεῖναι· ἢ ὥσπερ οἱ ἀδελφοὶ διαφθονούμενοι πρότερον, καὶ ἄλλοι τοῦτο δράσουσι μετέπειτα εἰς ἐκγόνους τοὺς σούς. ἀλλὰ διὰ χειρὸς δυνάστου τοῦ ἐμοῦ θεοῦ τοῦ κατισχύσαντος Ἰσραὴλ συνετρίβη τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ τὰ νεῦρα τῶν βραχιόνων αὐτῶν ἐξελύθη. καὶ εὐλόγησέ σε ὁ θεὸς ὁ ἐμὸς εὐλογίαν οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐρανίοις χαρίσμασιν ἀγαθῶν ἀρετῶν καὶ ἐπιγείοις καταπλουτίσας ἀγαθοῖς πᾶσι. καὶ διὰ τὰς ἀπὸ μαστῶν καὶ μήτρας τῆς μητρός σου εὐλογίας καὶ διὰ τὰς τοῦ πατρός σου ἐκ νηπίου ἐπιθυμίας καὶ ἀγαπήσεις ὑπερίσχυσας καὶ ἐδυνά- D σθης ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων μονίμων, ἤτοι βασιλέων πολυχρονίων, καὶ ἐπιθυμίας θινῶν αἰωνίων, ἤτοι βουνῶν καὶ ἀρχόντων μακροβιότητι διευθηνουμένων πάντων ὑπερέσχες. αὗται γοῦν, φησίν, αἱ εὐλογίαι εἴησαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσὴφ καὶ ἐπὶ κορυφὴν ὧν αὐτὸς ἡγεῖται ἀδελφῶν. Βενιαμὶν δὲ λύκος ἅρπαξ· τὸ πρωϊκὸν αὐτὸς ἔδεται, καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας διαδώσει τροφήν. τοιοῦτον γοῦν τι πέπονθεν ἡ τούτου φυλή.

Εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι ἐάν τις ἐκ παρατάσεως ἁμαρτάνει πειράζων τὸν θεὸν ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος οὔτε μετανοίας ἀξιοῦται οὔτε ἀφέσεως, ὥσπερ γε καὶ ἄλλοι πλείους καὶ οὗ- P 41 τος Φαραώ. κἂν λέγῃ τις παρ' ἑαυτῷ, ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι

Aegyptios revertaris, sed ad me ac maiorum tuorum pietatem te refer. nam sagittarii contra te consilium iniverunt, opprobria iecerunt ac insidias tetenderunt, vulnerare quaerentes et interficere, vel sicuti fratres quondam invidia permoti, vel alii hoc deinceps adversus posteros tuos audebunt. sed manu potentis mei dei, qui Israelum roborat, arcus eorum confracti sunt nervique brachiorum eorum luxati. te autem deus meus caelestibus ac terrestribus bonis beavit, caelestibus virtutum bonarum donis, terrestribus omnigenis opibus; ac tu propter faustas iam inde ab utero et uberibus matris tuae comprecationes, propterque patris tui ab ineunte tua aetate desideria atque dilectionem, praevaluisti factusque es potens supra prosperitatem avium permanentium (nempe regum longo tempore imperantium), et supra cupiditates collium aeternorum (hoc est principum prospere longam aetatem agentium) omnes excelluisti. atque haec, inquit, fausta redundent in caput Iosephi et in verticem fratrum quorum ipse ductor est. Beniaminus autem lupus est raptor: matutinum ipse vorabit et vespertinae praedam distribuet. ac tale quippiam tribui Beniamineae evenit.

Sciendum autem est, si quis obstinato animo peccat, deum tentans veluti malos suppliciis non affecturum, eum neque resipiscentiam neque veniam consequi, quod et in aliis multis et in hoc apparuit Pharaone. itemque si quis apud animum suum dicat "clementer mecum agatur,

πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς καρδίας μου τῆς πονηρᾶς, καὶ ὀψέ ποτε μετανοήσω, ὥσπερ Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ. διὸ καὶ τὸ τάχος ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ὁ θεός.

Ὅτι γεωμετρίαν μὲν Αἰγύπτιοι πρῶτοι ἐξεῦρον, ἀστρολογίαν δὲ καὶ γενεθλιαλογίαν Χαλδαῖοι, Ἄραβες καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπίαν, θεοῖς δὲ θύειν Χαλδαῖοι εἴτ' οὖν Κύπριοι (διφοροῦνται γάρ, ἔθνος Περσικὸν ὄντες), ἀστρονομίαν δὲ Βαβυλώνιοι διὰ Ζωροάστρου, ἐξ ὧν παρέλαβον Αἰγύπτιοι, μαγείαν δὲ καὶ γοητείαν καὶ φαρμακείαν Μῆδοι καὶ Πέρσαι. ἔστι δὲ μαγεία μὲν B ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς σύστασιν, ὥσπερ τὰ τοῦ Τυανέως Ἀπολλωνίου· γοητεία δὲ καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γινομένων· φαρμακεία δέ, ὅταν συσκευασία θανατηφόρος ᾖ πρὸς φίλτρον δοθεῖσά τινι διὰ τοῦ στόματος.

Ἰστέον ὅτι τὸ Φαραὼ κοινὸν ὄνομα πάντων τῶν Αἰγύπτου βασιλέων ἐστίν, ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραώ, ὥσπερ καὶ Πτολεμαῖοι ὕστερον, καὶ Αὔγουστοι οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκαλοῦντο. ἰδίῳ δὲ ὀνόματι ἕκαστος ἐχρῆτο, ὥσπερ καὶ ὁ σκληροκάρδιος οὗτος Φαραὼ Πετισσώνιος, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ πα- C λαιοί, ἰδίῳ ὠνόμαστο ὀνόματι, ὃς ὑπὸ τῶν θεηλάτων πληγῶν περιστατούμενος, εἰς τὸ περιβόητον ἐν Μέμφει μαντεῖον γενόμενος καὶ θυσιάσας, ἐπύθετο παρὰ τῆς Πυθίας οὕτω φάσκων

2 Ἀμὼν margo P   14 ἢ margo P

vivam secundum animi mei pravi dictata, et multo post tempore tandem resipiscam," qualis fuit Amon Manassae filius, quem propterea etiam deus celeriter perdidit.

Geometriam primi Aegyptii invenerunt, astrologiam et natalitiorum iudiciorum artem Chaldaei, auspiciorum Arabes et Phryges. diis sacrificare Chaldaei instituerunt, sive Cyprii, gens Persica, astronomiam Babylonii auctore Zoroastre: ab his Aegyptii acceperunt. magiam praestigias et veneficium Medi et Persae. est autem magia invocatio daemonum beneficorum, boni alicuius conciliandi gratia, qualis Apollonii Tyanei goetia (quam praestigias Latine dixi) ab eiulatibus et luctibus nomen habens, quos ad sepulchra exercent qui ista tractant. veneficium est, cum per os alicui ingeritur temperata letalis aut amatoria potio.

Pharaonis nomen omnium Aegypti regum commune est, a primo Pharaone, sicut etiam Ptolemaei ac Augusti Romanorum reges ab Augusto denominati sunt. habuit autem etiam proprium nomen quivis. atque huic obstinato Pharaoni nomen fuisse Petissonio antiqui perhibent. qui cum divinitus immissis calamitatibus esset circumventus, ad nobile oraculum quod Memphi erat se contulit; sacrisque operatus a

“σαφήνισόν μοι, τίς ἐστι πρῶτος ὑμῶν καὶ μέγας θεὸς τοῦ Ἰσραήλ.” καὶ εὐθὺς ἀπεφθέγξατο χρησμολογοῦν οὕτω τὸ πνεῦμα “ἔστι κατ᾽ οὐρανοῦ μεγάλοιο βεβηκός, φλογὸς ὑπερβάλλον, αἴθριον ἀέναον ἀθάνατον πῦρ, ὃ τρέμει πᾶν, οὐρανὸς γαῖά τε καὶ θάλασσα, ταρτάριοι βύθιοί τε δαίμονες ἐρρίγησαν. D οὗτος θεὸς ἀπάτωρ, αὐτοπάτωρ, πατὴρ υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ τρισόλβιος. εἰς μικρὸν δὲ μέρος ἀγγέλων ὑμεῖς. μαθὼν ἄπιθι σιγῶν.” οὕτως ἀκούσας Φαραὼ αὐτίκα πλακὶ λιθίνῃ γραφῆναι ταῦτα κελεύει τὰ ῥήματα· καὶ ἔστιν ἐκεῖ γεγλυμμένα ἐν τῷ ἱερῷ ἐν Μέμφει. ἐκεῖθεν καταβὰς ἀπέλυσε παραχρῆμα τὸν λαόν.

Ὅτι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσὴφ γενεαὶ κγ´, ἔτη ,γχοβ´.

Ὅτι Μωϋσῆς καὶ Ἄδμωσις καὶ Τέθμωσις ὠνομάζετο, υἱὸς Ἀβραάμ, ἔγγονος Καγὰθ υἱοῦ Λευί· ὁ γὰρ Λευὶ ἐγέννησε τὸν Καγαθάθ, ὁ δὲ τὸν Ἀβραάμ. ὁ δὲ τὴν Ἰοχαβὲδ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ λαβὼν γυναῖκα ἐγέννησε πρῶτον τὸν Ἀαρών, P 42 εἶτα Μωϋσῆν καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν Μαριάμ. ἐκ φυλῆς δὲ Λευὶ ἦν Μωϋσῆς, καὶ διὰ τοῦτο οὐ γενεαλογεῖται μετὰ Ἰωσήφ. ξε´ δὲ ἔτη εἰσὶν ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰωσὴφ ἕως γεννήσεως Μωϋσέως. καὶ πληροῦνται τὰ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη ἀπὸ τοῦ οε´ ἔτους Ἀβραὰμ ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Μωϋσέως. εἰ δὲ τετρακό-

7 ἡμεῖς?

Pythia contendit uti sibi exponeret quis primus sit atque magnus deus Israeli. ac statim ei hoc est oraculo responsum:

a magno aeternum descendit numen Olympo,
morte carens ignis, flamma splendentior omni.
hunc caelum tellusque tremit pelagusque profundum,
quosque Orcus fundo compescit daemonas imo.
hic genitore carens deus est, pater unus et idem
filius, atque unus triplici sub nomine felix.
exigua angelicae vos pars quota naturai?
his tu perceptis tacitus discede.

haec cum audivisset Pharao, statim lapideae tabulae ea verba iussit inscribi; exstantque sculpta in Memphitico templo. inde digressus statim populum Iudaicum dimisit.

Ab Adamo usque ad mortem Iosephi aetates sunt 23, anni 3672.

Moses etiam Admosis atque Tethmosis appellatus fuit, Abrahami F. nepos Cagathi qui Levis filius fuit. etenim Levis progenuit Cagathathum, is Abrahamum. hic Iochabedam patrui sui filiam duxit, atque ex ea primum Aaronem, deinde Mosem, tertio horum sororem Mariam procreavit. fuit autem de stirpe Levitica Moses, itaque in posteritate Iosephi non recensetur. ab Iosephi porro morte usque ad natales Mosis anni sunt 65; annique isti 430 ab anno 75 Abrahami usque ad primum annum Mosis complentur. si vero quadringentos tantum quaeris, eos

σια μόνα ζητεῖς, ἀπὸ τοῦ ἑκατοστοῦ ἔτους Ἀβραὰμ ἀριθμήσας εὑρήσεις. ἀριθμοῦνται γάρ παρά τινων τὰ τῆς δουλείας ἔτη ρμε' ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰωσὴφ ἕως πα' ἔτους Μωϋσέως. λέγουσι δὲ ὡς τοῦ Μωϋσέως γεννηθέντος Μελχίαν παρὰ τοῦ πατρὸς κληθῆναι, ὅπερ ἐστὶ βασιλεύς. τὸ δὲ καλεῖσθαι Μωϋσέα, ἐξ ὑδάτων τοῦτο ἐτέθη ὕστερον, προϊστοροῦν τὰ ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς δι' αὐτοῦ γενό- B μενα θαύματα. θεοφιλὴς δὲ ὢν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐχρηματίσθη τὰ κατ' αὐτὸν ἅπαντα. ἀναιρεῖσθαι δὲ προσέταξε Φαραὼ τὰ τῶν Ἑβραίων ἄρρενα δεινοῦ τινὸς ἱερογραμματέως ἀκούσας πρόρρησιν, εἰπόντος ὅτι τὸ γενόμενον παιδίον τούτῳ τῷ καιρῷ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἀρχὴν καταλύσει. Μούθιδις δὲ ἡ θυγάτηρ Φαραώ, ἡ καὶ Φαρῆϊς, βασιλὶς οὖσα, τοῦτον ἀνελομένη τοῦ ὕδατος, ταῖς συμπορευομέναις γυναιξὶ τοῦτον θηλάζειν ἐπέτρεψεν. αὐτὸς δὲ πάσας ἀπεστράφη. Μαρία δὲ ἡ τούτου ἀδελφὴ τῇ Μούθιδι συνοῦσα, ἥτις καὶ ῥιφέντος Μωϋσέως ἐσκόπει τὸ ἐκβησόμενον, τὴν ἰδίαν μητέρα Ἰοχαβέτην λεγομένην καλεῖ ὡς ἀλλοτρίαν, καὶ C μισθοὺς ὑποσχεθέντας αὐτῇ τῆς τιτθείας ἀνατρέφειν δοῦσα, μετὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἀνδρωθέντα Μωϋσέα ὀνομάζει· ἐκ τοῦ ὕδατος γάρ, φησίν, αὐτὸν ἀνειλόμην. ὡραιότατον δὲ ὄντα υἱοποιήσατο. τούτου τοῦ κάλλους καὶ Θαρβῆ μετὰ ταῦτα, ἡ θυγάτηρ βασιλέως Αἰθιόπων, ἐπιθυμήσασα, τὴν Σαββὰ μητρόπολιν Αἰθιοπίας προύδωκεν· ἣν χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ἑλὼν ὁ Κύρου Μερόην εἰς ὄνομα τῆς ἀδελφῆς ἐκάλεσε. φασὶ δὲ ὅτι ποτὲ τοῦ-

invenias numeratione a centesimo Abrahami anno inita. annos enim servitutis quidam 45 supputant a morte Iosephi usque ad 81 Mosis. aiunt Mosen, cum esset in lucem editus, a patre fuisse Melchiam nominatum; quae vox regem significat. Mosis vero nomen postea ei inditum ab aquis, eoque miracula in rubro mari postmodo ab ipso edita fuisse praemonstrata. et patri ipsius, ut erat homo deo acceptus, quae de puero futura essent omnia sunt divinitus patefacta. enimvero omnem Ebraeorum masculam prolem interfici iusserat Pharao, quod de insigni quodam sacrarum literarum perito audivisset fore ut isto tempore natus puer Aegyptiorum regnum aboleret. Muthidis autem Pharaonis filia, quae et Phareis dicitur, cum esset regina, hunc Mosem ex aqua extractum comitantibus mulieribus lactandum praebuit. puer omnes eas aversatus est. ibi Maria pueri soror, quae cum Muthide agebat puerque in aquas abiecto eventum speculabatur, matrem suam Iochabedam veluti alienam vocat, eique praemio promisso puerum educandum mandat. quem Muthidis adultum Mosis nomine affecit, quod eum ex aqua sustulisset: quin et ob raram formae venustatem filium eum sibi adoptavit. eius pulchritudine postea temporis Tharbe filia regis Aethiopum capta Sabbam Aethiopiae primariam urbem prodidit; qua multo post Cambyses Cyri F. potitus, eam a sorore sua Meroem nominavit. tra-

τον ἡ θετὴ μήτηρ Φαρία τῷ Φαραὼ προσαγαγοῦσα, ἐκεῖνος τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς στέφανον αὐτοῦ τὸν βασιλικὸν ἀφελὼν περιέθηκε τῷ Μωϋσῇ νηπιάζοντι· ὁ δὲ τοῦτον ῥίψας κατεπάτησεν.

D Ὅτι Μωϋσῆς ἐν τοῖς χρόνοις Ἰνάχου ἦν ἀκμάζων τοῦ κατὰ Πελοπόννησον. ἐν ἄλλοις δὲ εὕρηται ὅτι κατὰ μὲν Ἴναχον τὸν πρώτως βασιλεύσαντα Ἄργους Ἰσραὴλ γενόμενος, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπωνυμίας ἠξιώθη, κατὰ δὲ τὴν Σεμίραμιν τὸν Ἀβραάμ. Μωϋσέα δὲ τούτων μὲν νεώτερον, τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογουμένων ἁπάντων πρεσβύτατον, Ὁμήρου λέγω καὶ Ἡσιόδου καὶ αὐτῶν τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκούρων Ἀσκληπιοῦ Διονύσου ἡρώων τε πάντων, Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλωνος τῶν τε λοιπῶν παρ' Ἕλλησι θεῶν μυστηρίων τε καὶ τελετῶν, Διός τε αὐτοῦ καὶ τῶν παρ'
P 43 Ἕλλησι μνημονευομένων πράξεων. τούτων γὰρ ἁπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέραν καὶ τῆς Κέκροπος ἡλικίας Ἑλλήνων παῖδες παραδιδόασι, Μωϋσέα δὲ ἡ παροῦσα συνεξέτασις κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ γενέσθαι δείκνυσιν, ὃς πρῶτος, ὥς φασι, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε, πρὸ τν' ἐτῶν τοῦ Ἰλίου.

Ὅτι ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῆς Χεττούρας γεννᾶται Ἰεξάν, ἐκ τούτου Δαδάμ, ἐκ τούτου Ῥαγουὴλ καὶ Ἰοθὸρ ὁ καὶ Ἰοβάβ, ἐκ δὲ Ἰοθὸρ Σεπφόρα, ἣν ἔγημε Μωϋσῆς, καθὼς ἱστορεῖ Δημήτριος, ὡς φάσκει καὶ Εὐσέβιος ἐν τῷ χρονικῷ. καὶ Μωϋσῆς μὲν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕβδομος, ἡ δὲ Σεπφόρα ἕκτη. ὡς δὲ λέγει ὁ

ditum est Mosen a matre sua Phareide Pharaoni allatum, cumque rex detractam de suo capite coronam puero ludenti imposuisset, Mosen eam abiecisse ac pedibus conculcasse.

Moses floruit aetate Inachi Peloponnesii. apud alios scriptum invenio Inachi, qui primus Argis regnavit, aequalem fuisse Israelum, a quo duodecim tribus constans Iudaeorum natio orta, atque Israelitica gens denominata fuit. Semiramidis aetate Abrahamum vixisse. Mosen his quidem posteriorem fuisse, omnibus autem qui in Graecorum antiquitate narrantur priorem, Homero inquam, Hesiodo ipsoque Troiano bello, atque etiam Castoribus Aesculapio Baccho, omnibus heroibus, tum Mercurio Apolline ac ceteris Graecorum diis, mysteriis atque sacris, ipsoque Iove, et omnibus quae apud Graecos commemorantur rebus gestis. horum enim omnium historiam Cecrope recentiorem Graeci tradunt: at Mosen praesens comparatio Cecropis gemini tempestate vixisse demonstrat, qui primus in Attica regnavit annis ante Ilium 350.

Ex Abrahamo et Chettura Iexanus est natus, pater Dadami. Dadamus Ragum Iothorem et Iobabum genuit. Iothoris filia fuit Sepphora, quam Moses duxit, ut Demetrius narrat et in Chronicis Eusebius refert. septimus ab Abrahamo fuit serie generis Moses, Sepphora sexta. Afri-

Ἀφρικανός, ὅτι ἐκ τοῦ Ἠσαῦ ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ῥαγουὴλ γεννᾶται, B ἀφ' οὗ Ζαρέθ, ἐξ οὗ Ἰώβ, ὃς κατὰ συγχώρησιν θεοῦ ὑπὸ διαβόλου ἐπειράσθη καὶ ἐνίκησε τὸν πειράζοντα. ὁ δέ γε θεῖος Ἀβραὰμ ἐγέννησε πάλιν υἱοὺς ἐκ τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ γυναικὸς Χεττούρας πέντε, ἀφ' ὧν ἐστὶ Μαδιάμ, ἐξ οὗ Μαδιανῖται, καὶ Ἄφαρ, ἐξ οὗ Ἀφρική, ἐν ᾗ παρῴκησεν, ἡ χώρα προσηγορεύθη παρωνύμως, ὥσπερ Αὐσῖτις ἡ χώρα ἐκ τοῦ Ἠσαῦ, ἐν ᾗ ἀνεβλάστησεν ὁ μακάριος καὶ πολύτλας καὶ διαβόητος Ἰώβ· ὃν ἐγκωμιάζων ὁ θεῖος Χρυσόστομος λέγει "ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι," κηρύττων αὐτὸν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ ἀπὸ τῆς χώρας, ἵν' ὥσπερ ἀκούσας αὐτὸν ἄνθρωπον θαυμάζεις ὅτι ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπολιτεύσατο, οὕτω μαθὼν καὶ τὴν χώραν ἐξ ἧς ὁ C τοιοῦτος καρπὸς ἤνθησεν, ἐκπλαγῇς ὁποῖον ῥόδον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν ἐβλάστησεν. ἐπίγονος γάρ ἐστι τοῦ διαβαλλομένου Ἠσαῦ, καθὼς ἡ γραφὴ πέμπτον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ λέγει. Ἀβραὰμ γάρ, φησίν, ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ τὸν Ἠσαῦ, Ἠσαῦ δὲ τὸν Ῥαγουὴλ καὶ τὸν Ζάρα, Ζάρα δὲ τὸν Ἰώβ, ὃς ἐγένετο ἄνθρωπος σώφρων καὶ σεμνός, λέγων οὕτως "εἰ δὲ καὶ ἐπηκολούθησεν ὁ ὀφθαλμός μου γυναικὶ ἀλλοτρίᾳ, καὶ διαθήκην διεθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου." οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων τέκνων θυσίας προσῆγε καθ' ἡμέραν, φάσκων "μήποτε κακὰ ἐνενόησαν πρὸς τὸν θεόν." εἰκότως οὖν ἔφη "καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἄμεμπτος δίκαιος θεοσεβής" καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ μὲν γὰρ ἔξω φιλόσοφοι τὸν ὅρον δηλοῦντες τοῦ ἀνθρώπου φασίν· D

canus tradit Esao cum alios multos fuisse filios, tum Raguelem Zarethi patrem. Zarethi filius fuit Iobus, is qui permissu dei a diabolo tentatus est ac tentatorem vicit. divinus autem Abrahamus ex ultima sua uxore Chettura quinque rursum filios habuit; e quibus fuit Madiamus, auctor Madianitarum, et Aphar, a quo terra quam incoluit Africae nomen obtinuit, sicut Ausitis terra ab Esao. quae terra beatum illum excellentisque patientiae et nobilitatis Iobum protulit, cuius laudes praedicans divinus ille Chrysostomus haec dicit (Iob cap. 1) "fuit quidam homo in Ausitide terra." et naturam eius refert et patriam, ut et cum hominem vocari audis, admireris vitam humana praestantiorem, ét cum solum nominari audis quod talem edidit fructum, animo percellaris, quod talis rosa de medio spinarum effloruit. est enim prognatus infami illo Esao, quomodo eum scriptura quintum ab Abrahamo facit his verbis: Abrahamus Isaacum genuit, Isaacus Esaum, Esaus Ragum et Zaram, Zara Iobum. is Iobus vir fuit honestus ac gravis, ita de se dicens "quodsi oculus meus alienam mulierem consectatus est, pactum cum oculis meis feci." quin et pro liberis suis deo quotidie sacrificavit, quod diceret metuere se ne ii aliquid adversus deum animo agitassent. recte itaque scriptura ait (Iob cap. 1) "et erat homo ille integer iustus pius erga deum" etc. nam profani philosophi hominem definiunt, animal ratione praeditum mortale. sacrae

ἄνθρωπός ἐστι ζῷον λογικὸν θνητόν, ἡ δὲ θεία γραφὴ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἄνθρωπός ἐστι θεοσεβής, ἄμεμπτος, δίκαιος, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, ὡς ὅγε τούτοις μὴ μεμαρτυρημένος οὐδὲ ἄνθρωπος ἀλλὰ κτῆνος ἐστίν. ἐὰν γὰρ ἔχῃ τὸν χαρακτῆρα τῆς φύσεως ὑβρίζῃ δὲ αὐτὸν τῇ κακίᾳ τῆς προαιρέσεως, ἀκούσεται παρὰ τοῦ προφήτου λέγοντος "ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς." ὥσπερ τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀποστέλλοντες υἱὸν ἢ P 44 οἰκέτην ἐπί τινα πρᾶξιν λέγομεν "ὡς ἄνθρωπος ἅψαι τῆς πράξεως" καὶ τὸ κοινὸν ποιούμεθα ἴδιον, οὕτως εἰ καὶ πάντες ἄνθρωποι λέγονται, μόνος ἐκεῖνος ἀληθῶς ἐστὶν ὁ τὴν εἰκόνα σώζων καὶ τὸ πρωτότυπον μὴ ἀφανίζων. εἶπεν οὖν τὸν Ἰὼβ ἄνθρωπον καὶ ἀπὸ τῆς Αὐσίτιδος χώρας, ὅπως ἐκ τῆς κομώσης γῆς τὴν ἀσέβειαν τὸν καρπὸν ἀνυμνήσεις. ὃν ὁ ἀρχέκακος ὁρῶν, καὶ φθόνῳ βαλλόμενος, αἰτεῖται παρὰ θεοῦ τὸν κατὰ τοῦ δικαίου πειρασμόν, ἵνα σὺ θάρσος λάβῃς, καὶ μάθῃς ὅπως οὐκ ἔχει ἐξουσίαν δαίμων κατὰ θεοσεβοῦς καὶ ὄντως Χριστιανοῦ καὶ φοβουμένου τὸν θεόν, ἐὰν μὴ ἐπιτροπὴ ἄνωθεν γένηται ἢ διὰ παιδείαν ἢ διὰ συγχώρη- B σιν. ὅταν γὰρ ἐπάγῃ ὁ θεὸς παιδευτήρια, ἢ δίκας ἀπαιτεῖ τῶν ἁμαρτημάτων ἢ τὴν ἀρετὴν γυμνάζει τῶν θείων κατορθωμάτων. οὐ γὰρ ἠδυνήθη πολεμῆσαι τῷ Ἰώβ, ἕως ἐπετράπη. καὶ μὴ θαυμάσῃς· οὐδὲ γὰρ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχει, καθὼς ἐν τοῖς

21 ἕως pro ὡς reposuit Xylander

autem literae non ita, verum hoc modo: homo est qui deum pie colit, iustus est, et ab omni malo facinore abstinet. nam qui harum virtutum testimonio destituitur, non homo ille sed bellua est. si enim naturae humanae notam habens impressam eam voluntatis pravitate contaminat, audiet prophetae sententiam (Psalm. 48): "homo cum in pretio esset, non animadvertit, sed comparatus est pecudibus brutis, similisque eorum factus." quo itaque modo nos, cum ad aliquam rem agendam filium aut famulum mittimus, eum ut hominem se in re ea gerere iubemus, atque ita commune nomen peculiari ratione usurpamus, ita etiamsi omnes homines nomen hominis gerunt, is tamen solus homo vere est, qui imaginem servat primique exemplaris pulchritudinem non deformat. Iobum ergo et hominem appellavit et solo Ausitide natum, ut a terra impietatem germinante fructum talem editum celebres. quem princeps omnis mali videns, invidia motus a deo petiit ut sibi vexare iustum permitteret, ut tu quoque hinc animo fidens fias, sentiens diabolo nihil esse adversus pium vereque Christianum et dei timore praeditum potestatis, nisi ei divinitus sit permissum, idque vel castigandi causa vel concessione. cum enim castigationem affert deus, aut peccatorum ea ratione poenas sumit, aut divinam virtutem exercet ad victoriam re bene gesta parandam. non enim iniussu diabolus potuisset Iobum aggredi. neque id tibi mirum sit: nam in evangeliis auditum est ne in porcos quidem nisi

εὐαγγελίοις ἤκουσας. οἱ μὲν οὖν θεῖοι ἄγγελοι διακονοῦσι ταῖς
τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων σωτηρίαις· πάντες γάρ φησι λειτουργικὰ
πνεύματα εἰσίν, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας
κληρονομεῖν σωτηρίαν· οἱ δὲ πονηροὶ δαίμονες ταῖς κατὰ τῶν
ἁμαρτωλῶν τιμωρίαις· ἐξαπέστειλε γάρ φησιν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν
θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέ- C
λων πονηρῶν. οἱ τοίνυν δαίμονες, εἰ καὶ ἀφηνίασαν τῇ προθέ-
σει, ἀλλ' ὑπὸ ζυγὸν κεῖνται τῆς δουλείας, καὶ κελεύονται πρᾶξαι
ὥς δήμιοί τινες τὰ προσταττόμενα παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων.
καὶ δηλοῖ Παῦλος περὶ τῶν Κορινθίων λέγων "οὓς παρέδωκα τῷ
Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν." ἵνα γὰρ μὴ νομι-
σθῶσιν οἱ δαίμονες ὅτι πάντα κατ' αὐθεντίαν πράττουσι, κε-
λεύονται καὶ ἄκοντες ποιεῖν τὰ προσταττόμενα. καὶ τοῖς μὲν
ἁγίοις ἀποστέλλει ὁ θεὸς διακόνους ἁγίους ἀγγέλους εἰς σωτηρίαν,
τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς ἐπιτρέπει δαίμονας εἰς τιμωρίαν. καὶ γὰρ
ὅτε κατὰ τοῦ Ἀχαὰβ ὁ θεὸς ἀπεφήνατο λέγων "τίς πορεύσεται D
καὶ ἀπατήσει τὸν Ἀχαάβ, καὶ πεσεῖται;" ἀπεκρίθη πνεῦμα πο-
νηρὸν "ἰδοὺ ἐγώ," πάντως γινώσκον ὡς εἰς τοῦτο τέτακται. καὶ
ἀποστέλλονται μὲν εἰδικῶς εἰσπράξασθαι τιμωρίαν παρὰ τῶν πο-
νηρῶν, ἀποστέλλονται δὲ καὶ πρὸς δικαίους, οὐχ ἵνα τιμωρήσων-
ται ἀλλ' ἵνα πειράσωσιν· ἐπειδὴ γὰρ ἄγγελος ἅγιος ὑπουργῆσαι
τῇ πείρᾳ οὐ κελεύεται (οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς κελεύει τὸ ἀπρεπὲς ἀγ-
γέλῳ θείῳ), διὰ τοῦτο δαίμονες ταύτην ἐπιτρέπονται τὴν πεῖραν.
καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ πρὸς δικαίους δαίμονες ἀποστέλλονται·

permissu dei quicquam ei licere. enimvero divini angeli piorum saluti inserviunt. omnes enim, ait scriptura, spiritus sunt ad ministerium parati, mittunturque ad inserviendum propter eos qui salutem sunt hereditario accepturi. mali autem genii ad supplicia peccatoribus debita usurpantur. ita enim scriptum est "emisit in ipsos iram animi sui," iram furorem et calamitatem vocans emissa per malos genios. hi enim quanquam dedita opera habenas divinae voluntatis excusserunt, tamen iugo servitutis sunt subditi, coguntarque veluti carnifices quidam a deo et sanctis imperata capessere. id Paulus declarat, de Corinthiis scribens (36) "quos tradidi Satanae, ut poenis erudiantur impie non esse loquendum." etenim ne quis putaret malos genios omnia suo arbitrio agere, iubentur etiam inviti mandata exsequi. proinde sanctis deus ministros mittit ad salutem angelos sanctos, peccatores autem diabolis puniendos concedit. nam cum de Achabo deus ita pronuntiat "quis vadet ut Achabum decipiat, isque pereat?" respondet malus spiritus "ego vadam," utique intelligens hoc sui esse muneris. mittuntur ergo peculiariter ad poenas de sontibus exigendum: mittuntur etiam ad pios, non ut eos puniant sed ut tentent. quando enim sancti angeli tentationes obire non iubentur (neque enim deus bono angelo indecorum aliquid mandaret), fit ut malis geniis eae committantur. neque est quod mireris, iustis

ἀνήχθη γὰρ ὁ πάντων δεσπότης ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου εἰς τὴν ἔρημον
πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. εἰ τοίνυν τὸν τοῦ παντὸς κύριον
P 45 ὁ διάβολος ἐπείρασε, τί θαυμάζεις εἰ καὶ τοῖς δικαίοις εἰς γυμνά-
σιον ὑπομονῆς δαίμων ἀποστέλλεται; ἀποστέλλεται δὲ οὐ θεοῦ
κελεύοντος αὐτῷ, ἀλλὰ παραχωροῦντος· σχηματίζει γὰρ τὸν λόγον
ἡ γραφὴ ὡς ἐν προσωποποιίᾳ, ὡς ὅταν λέγει "τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ
εἶπεν ὁ θεός." καὶ ὁ μέγας δὲ Κύριλλος ἔφη "μετροῦνται δὲ
τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἀνθρώπων τὰ κατὰ καιροὺς πλημμελή-
ματα, ἃ καὶ μέχρι ποσότητός τινος ἐκδήλου τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν
ἡκούσης, ἐπάγει δὴ τηνικαῦτα λοιπὸν τὰς δίκας λελυπημένος ὁ
νομοθέτης καὶ κύριος, διακαρτερεῖ δὲ ἐξ ἐμφύτου φιλανθρωπίας
B ἔσθ' ὅτε, καὶ πλημμελούντων ἀνέχεται, οὐκ εἰσάπαν ἀγανακτῶν·
καὶ γὰρ ἔφη πρὸς τὸν Ἀβραάμ 'οὔπω ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρ-
τίαι τῶν Ἀμοραίων ἕως τοῦ νῦν,' πρὸς δέ γε τοὺς Φαρισαίους
ἀκαθέκτως λελυπηκότας φησὶ 'καὶ ὑμεῖς ἀνεπληρώσατε τὸ μέτρον
τῶν πατέρων ὑμῶν.' οὐκοῦν εἰ βούλοιτό τις διαβιῶναι μὲν ὀρ-
θῶς, εὐβουλοτάτας δὲ καὶ ἐπιεικεστάτας ἐν τῷδε τῷ βίῳ ποιεῖσθαι
τὰς διατριβάς, ὀρθοποδίσαι τε καὶ διανήξασθαι τὰ δεινὰ γνώμης
ἐχόμενος ὀρθῆς καὶ ἀδιαστρόφου, καρποῦται τὸ μὴ ἐναλῶναι
κακοῖς. καὶ ἀτρεκὴς ὁ λόγος. ἐφ' ἡμῖν γάρ ἐστι τὸ ἐπ' ἄμφω
βλέπειν, πρός τε τἀγαθόν, φημί, καὶ τοὐναντίον. καὶ οἱ μὲν
ἐν λόγῳ πεποιημένοι τὸ θαυμάζεσθαι πεφυκὸς ἐν καλῷ γενήσονται

immitti eos, cum rerum universarum dominus a Iordane abductus sit in solitudinem, ut a diabolo tentaretur. quodsi ergo is dominum mundi tentavit, quid iam miraris malum genium ad iustum aliquem mitti, ut de eius tolerantia periculum faciat? mittitur autem non iubente sed permittente deo. nam scriptura orationem format tanquam personis confictis, ut cum dicit (Psalm. 49) "peccatori autem dicebat deus." quae sequuntur, magni illius Cyrilli sunt. ad mensuram exiguntur hominum per orbem terrarum quovis tempore commissa peccata; cumque ad manifestam et iustam quantitatem pervenerunt, tum demum (id quod restabat) offensus legislator atque dominus supplicia infligit. nonnunquam naturae suae benignitati obsequens tolerat, peccantesque sustinet, non usquequaque indignatus. nam et Abrahamo dixit etiamnum peccata Amorraeorum non esse impleta. Pharisaeis autem, quorum iniuriae maiores erant quam ut tolerari possent, ait (Matth. 23) "ac vos maiorum vestrorum mensuram implevistis." quapropter si quis volet vitam recte transigere, eamque rationem vivendi colere quam sequi consultissimum est atque commodissimum, animoque recto et neutiquam perverso fretus verum iter tenere periculososque huius saeculi fluctus enatare, is eum fructum feret ut nullis malis capiatur. atque verus est hic sermo. in nobis enim est positum ut utrumque dispiciamus, bonum inquam atque malum. ergo quibus id curae erit quod suapte natura admirationem meretur, ii virtutem adse-

τῆς ἀρετῆς· οἱ δ' ἀποκλίναντες εἰς τοὐναντίον καὶ τῶν ἀμεινόνων C προθέντες τὸ ἀδικοῦν τὴν οἰκείαν καταφθείραντες ζωὴν ἁλοῖεν ἄν, αὐθένται καὶ ὀλετῆρες δεινοὶ κατὰ τῆς σφῶν αὐτῶν κεφαλῆς ἐξεληλεγμένοι. ταύτῃ τοι καὶ ὁ ἱερὸς Ἰσίδωρός φησιν· ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἐπίτασις ἀναγκάζει ὥσπερ τὴν θείαν καὶ ἀπαθῆ φύσιν ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγαθότητος εἰς τὴν παρὰ φύσιν ὀργὴν χωρεῖν. ὅθεν καὶ Ἰουδαίοις ἔφη Χριστός· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἐπειδὴ γάρ, φησίν, οὐ δέχεσθε τὴν φιλανθρωπίαν, ἐπιγνώσεσθε τὴν ἐξουσίαν τῆς τιμωρίας. ὅταν γὰρ ἴδῃ ὁ θεὸς εἰς ἄκρον κακίας ἐκκλίναντα τὸν ἄνθρωπον, ἐπαίρει τὴν ἑαυτοῦ χάριν ἐξ αὐτοῦ· ἧς ὁ ἄνθρωπος στερούμενος ἐπὶ πλεῖον τραχύνεται ἐκ τοῦ διαβόλου, καὶ μὴ ἔχων τὸν θεὸν ἐν D ἑαυτῷ καταλαμβάνει αὐτὸν ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ.

Ἐν δὲ τοῖς ἀνωτέρω προγεγραμμένοις χρόνοις ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ ἐγεννήθη Σερούχ, ὅστις πρῶτος ἤρξατο τοῦ ἑλληνισμοῦ καὶ τοῦ δόγματος τῆς εἰδωλολατρείας, καθὼς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου συνεγράψατο· αὐτὸς γὰρ ὁ Σεροὺχ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τοὺς πάλαι γενομένους ἢ πολεμιστὰς ἢ ἡγεμόνας καί τι πράξαντας ἀνδρίας ἢ ἀρετῆς ἄξιον ἐν τῷ βίῳ τοῦ μνημονεύεσθαι, καὶ ὡς ὄντας αὐτῶν προπάτορας, ἀνδριᾶσι στηλῶν ἐτίμησαν, καὶ ὡς P 46 θεοὺς προσεκύνουν αὐτοὺς καὶ ἐθυσίαζον. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι ἀγνοοῦντες τὴν τῶν προγόνων γνώμην, ὅτι ὡς προπάτορας καὶ ἀγαθῶν εὑρετὰς ἐτίμησαν μνήμαις μόναις, ὡς θεοὺς

queatur. qui vero in diversam partem declinabunt melioribusque iniustitiam praeferent, ii suam ipsorum vitam pessumdabunt, sibique ipsis fuisse exitii auctores ac perniciem conscivisse capiti suo convincentur. in hanc sententiam etiam sanctus Isidorus ait: delictorum incrementum divinam et ab omni perturbatione alienam naturam veluti cogit a sua naturali bonitate ad iram suae naturae non propriam decedere. itaque Iudaeos Christus sic affabatur (Matth. 23) "quoties volui vos ad me colligere, et noluistis?" quando igitur, inquit, humanitatem meam non amplectimini, meam puniendi potestatem experiemini. cum enim videt deus hominem ad extremam malitiam declinare, suam ab eo gratiam aufert: ea exutus homo magis magisque a diabolo exasperatur, eumque ira dei quam in se non habet occupat.

Iis temporibus quae superius sunt enarrata, ex stirpe Iapeti Seruchus quidam exstitit, auctor Graeci moris, et simulacrorum cultum instituit, ut Eusebius Pamphili F. scriptum reliquit. is enim Seruchus, ac qui cum ipso erant, maiores suos qui vel bellatores vel imperatores facinus aliquod forte ac memorabile fecissent statuis honoraverunt divinisque honoribus et sacrificiis coluerunt. at posteri, cum ignorarent priorum hoc fuisse consilium, ut eorum qui generis sui auctores ac honorum inventores fuissent memoriam duntaxat colerent, istos tanquam

ἐπουρανίους ἐτίμων καὶ ἐθυσίαζον αὐτοῖς. ἦν δὲ τὸ τῆς ἀποθεώσεως σχῆμα τοιοῦτον. ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν βίβλοις ἐτάσσοντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν μετὰ τελευτήν, καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἑορτὴν αὐτῷ ἐπετέλουν, λέγοντες τὰς αὐτῶν ψυχὰς εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους εἶναι καὶ μηκέτι κρίνεσθαι ἢ καίεσθαι πυρί. καὶ διέμειναν ἕως τῶν χρόνων Θάρρα τοῦ πατρὸς Ἀβραὰμ ταῦτα. ἀλλὰ καὶ ὁ σοφώτατος Σοφοκλῆς ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐξέθετο ταῦτα·

B εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστὶν θεός,
ὃς οὐρανόν τέτευχε καὶ γαῖαν μακρὰν
πόντου τε χαροπὸν οἶδμα κἀνέμων βίας.
θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι
ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν
θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
ἢ χρυσοτεύκτων ἢ ἐλεφαντίνων τύπους,
θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις
τεύχοντες ἡμεῖς εὐσεβεῖν νομίζομεν.

μοναρχίαν γὰρ ἔδοξε δοξάζειν ὁ αὐτὸς Σοφοκλῆς.

C Ἴωνες δὲ οἱ ἐκ τῆς Ἰοῦς, τῶν Ἑλλήνων ἀρχηγοὶ γεγονότες, τοῖς ξοάνοις προσεκύνουν, οἵτισι μέμφεται ὁ Χερρονήσιος Πλούταρχος ὡς πλάνην ἀγαλμάτων τινῶν εἰσάγουσι, τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας θεοποιούμενοι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὡς ἡ τῶν

20 Χαιρωνεύς?

caelestes deos honoribus et sacris sunt venerati. forma autem inter deos aliquem referendi talis est. in commentarios sacrorum nomen defuncti inscribebatur, statoque tempore diem ei festum celebrabant, dicentes animam eius in beatorum insulis esse, iudicio et flammis porro non obnoxiam. atque haec obtinuerunt usque ad Tharae aetatem, qui Abrahami pater fuit. quin et sapientissimus Sophocles in suis scriptis haec posuit

deus unus est re vera, est unicus deus,
caelum et soli longos qui tractus condidit,
aequor marisque vastum ventorumque vim.
errore ducta gens tamen mortalium
simulacra divum, qui tueantur a malis,
posuere saxea, lignea, quin et aurea
et ex elephantorum formata dentibus;
queis rem sacram facientes et festos dies
agentes se pietate defungi putant.

ipse enim Sophocles videtur sensisse unum esse universi imperatorem.

Iones autem, quorum generis princeps Io fuit, Graecorum duces, simulacra adoraverunt, quos Cherronesius Plutarchus reprehendit ut errorem simulacrorum invehentes, caelestibus luminibus soli ac lunae dei

Αἰγυπτίων θεογονία περιέχει. αὐτοὺς γὰρ λέγει τὸν σύμπαντα
κόσμον διοικεῖν καὶ τρέφειν, αὐξάνοντας τὰ πάντα τῇ τριμερεῖ
κινήσει τῶν πέντε πλανήτων καὶ τῆς λοιπῆς ἀστροθεσίας κατὰ
γενέσεις καὶ ἀστέρας.

Ἐν τοῖς χρόνοις δὲ τοῦ Μωϋσέως ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων
Ἐρεχθεύς, Αἰγυπτίων δὲ ἐβασίλευσε Πετισώνιος ὁ καὶ Φαραώ,
ὅστις εἶχε μάγους τὸν Ἰαννῆν καὶ Ἰαμβρῆν. ἐπὶ τῆς βασιλείας
δὲ τούτου ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος. ὁ δὲ D
Μωϋσῆς ἦν πεπαιδευμένος πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· οἱ δὲ Αἰγύ-
πτιοι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἑβραίους ὡς γενομένους πολλούς, καὶ ἐκά-
κουν αὐτοὺς τῇ πλινθείᾳ καὶ τῷ πηλῷ, ἐπιστήσαντες αὐτοῖς ἐπι-
στάτας βαρεῖς, καὶ ἐστέναζον θλιβόμενοι. καὶ προσέσχε Μωϋσῆς
καὶ Ἀαρὼν τῷ στεναγμῷ αὐτῶν, καὶ ηὔξαντο τῷ θεῷ, ὃς καὶ
ἐκέλευσε τῷ Μωϋσεῖ εἰσελθεῖν πρὸς Φαραώ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ἀπο-
λῦσαι τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραήλ, λατρεῦσαι κυρίῳ τῷ θεῷ αὐτῶν.
καὶ εἰσελθὼν Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν πρὸς Φαραὼ ἀνήγγειλεν αὐτῷ
τὴν τοῦ θεοῦ κέλευσιν. ὁ δὲ Φαραὼ λέγει αὐτοῖς "εἰ ἀληθεύεις
ὅτι ὁ θεός σου ταῦτα ἐκέλευσεν, ἰδού, εἰσὶν Αἰγύπτιοι σὺν ἐμοὶ
ποιοῦντες θαύματα· ἐὰν νικήσῃς αὐτοὺς διὰ τοῦ θεοῦ σου, παρέξω P 47
σοι ἅπερ ἐκέλευσε." καὶ ἔστησεν ἐναντίον ἀλλήλων τὸν Ἰαννῆν
καὶ τὸν Ἰαμβρῆν καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ Ἀαρών. καὶ ἐποίησαν οἱ
μάγοι διὰ γοητείας τὰς ῥάβδους αὐτῶν ὄφεις· καὶ ῥίψας Μωϋσῆς
τὴν ῥάβδον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, ἐγένετο ὄφις μέγας καὶ κατέπιε

nomen tribuentes, ut Aegyptiorum theogonia habet. dicit enim ab his totum mundum gubernari atque ali, omnibus incrementum largientibus triplici suo motu quinque planetarum reliquoque siderum positu, secundum geniturarum et aëris affectiones.

Mosis aetate Assyriorum rex fuit Erechtheus, Aegyptiorum Petissonius, qui et Pharao. hic secum habuit magos Iannem et Iambrem. hoc regnante admodum aucta est per Aegyptum gens Ebraica. Moses autem institutus fuit omni Aegyptiorum scientia. Aegyptiis vero Ebraei ob multitudinem formidolosi erant. itaque eos Aegyptii affligebant lateribus faciundis urgentes ac luto comportando, praeficientes eorum operi exactores importunos. Iudaei oppressi gemebant; eorumque gemitum Moses ac Aaron animadvertebant, auxiliumque dei implorabant. deus Mosi praecepit ut ad Pharaonem introiret, eumque suo nomine iuberet populum Israelicum dimittere ad cultum deo suo praestandum. aggressi regem Moses et Aaron dei mandatum exposuerunt. respondit Pharao "si vere dicis deum tuum haec mandasse, ecce mecum sunt Aegyptii mirifici: eos si tu ope tui dei viceris, faciam quod is iussit." simul adversos constituerunt ab una parte Iannem et Iambrem, ab altera Mosem atque Aaronem. magi praestigiis suis virgas suas in angues converterunt: virga vero Mosis, ab eo in terram proiecta, in grandem est mu-

τοὺς ὑπὸ τῶν μάγων γενομένους ὄφεις. καὶ κατίσχυσεν ἡ καρδία Φαραώ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν, καθάπερ ἐλάλησεν αὐτοῖς κύριος ὁ θεός. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν "βάδισον πρὸς Φαραώ, καὶ ἐξελεύσεταί μετά σου εἰς τὸν ποταμόν, καὶ τύψον τῇ ῥάβδῳ σου τὰ ὕδατα τοῦ ποταμοῦ, καὶ μεταβαλεῖς αὐτὰ εἰς B αἷμα." καὶ τούτου γενομένου μετεβλήθη πάντα τὰ ὕδατα εἰς αἷμα, καὶ ἀπέθανον οἱ ἐν τῷ ποταμῷ ἰχθύες, καὶ οὐκ ἠδύναντο πιεῖν ὕδωρ οἱ Αἰγύπτιοι, ὅτι πάντα τὰ ὕδατα μετεστράφη εἰς αἷμα. ἐποίησαν δὲ καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ὡσαύτως· ἐσκληρύνθη δὲ ἡ καρδία Φαραώ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. καὶ μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας παρακληθεὶς Μωϋσῆς ὑπὸ τοῦ Φαραὼ προσηύξατο, καὶ πάλιν ἐγένετο τὰ ὕδατα καθαρά. καὶ λέγει Μωϋσῆς τῷ Φαραώ "ἰδού, εἶδες τὴν τοῦ θεοῦ Ἰσραὴλ δύναμιν· ἀπόλυσον τὸν λαόν, ἵνα λατρεύσωμεν τῷ θεῷ." ὁ δὲ Φαραὼ συντασσόμενος ἀνεβάλλετο. καὶ ηὔξατο Μωϋσῆς πρὸς C τὸν θεὸν πέμψαι πληγὰς τοῖς Αἰγυπτίοις, ἵνα ἀναγκασθῇ Φαραὼ ἀπολῦσαι τὸν Ἰσραήλ. καὶ ἔπεμψε κύριος ὁ θεὸς τοῖς Αἰγυπτίοις τὴν δεκάπληγον ὀργήν, ὥστε παρακαλέσαι τὸν Μωϋσέα καὶ εἰπεῖν αὐτῷ "εὖξαι τῷ θεῷ σου, ἵνα ῥυσθῇ ἡ χώρα αὕτη τῶν τοσούτων κακῶν· καὶ ζῇ κύριος ὁ θεός σου, οὐ κωλύσω σε λαβεῖν τὸν λαόν σου τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὸ λατρεῦσαι ὑμᾶς αὐτῷ." ὁ δὲ Φαραὼ ἀπελθὼν ἐν Μέμφει εἰς τὸ περιβόητον μαντεῖον, καὶ λαβὼν τὸν προρρηθέντα χρησμὸν καὶ ὑποστρέψας εὐθέως ἀπέλυσε τὸν

tata anguem, qui a magis factos angues deglutivit. ceterum Pharaonis cor obduratum fuit, neque mandato dei obtemperavit. deinde ad Mosem dominus dixit "accede Pharaonem, isque tecum ad amnem egredietur, tu aquas fluminis baculo tuo feries, et statim in sanguinem vertentur." egit hoc Moses, universaque aqua in sanguinem redacta, mortui sunt in fluvio pisces; atque ob mutatam in sanguinem aquam bibere eam Aegyptii nequiverunt. ad eundem modum quoque incantatores Pharaonis suo veneficio egerunt. cor autem Pharaonis induruit, neque audiens dicto Mosis et Aaronis fuit. elapsis septem diebus, Moses Pharaonis rogatu a deo precibus obtinuit ut aquae repurgarentur. tum Moses Pharaonem monere, quando dei ab Israelicis culti potentiam vidisset, uti populum eum ad deo suo exhibendum cultum dimitteret. Pharao pactione interposita rem extraxit. proinde Moses a deo precibus contendit ut calamitates Aegyptiis immittat, hisque Pharaonem ad dimittendum Iudaeos compellat. immisit deus Aegyptiis decemplicem miseriam, qua suam iram testaretur; eaque rex permotus a Mose petiit ut Aegyptiis a tot tantisque malis liberationem a deo impetraret, "ita vivit" inquiens "deus tuus, uti ego tum non impediam quin accepto tecum Israelitico populo deo cultum praestes." porro autem Pharao Memphim profectus, consulto ibi celeberrimo isto oraculo acceptoque quod rettulimus responso, reversus illico Mosem atque Aaronem cum po-

Ἰσραὴλ μετὰ Μωϋσέως καὶ Ἀαρών. ἔλαβε δὲ ὁ λαὸς ἐν χρήσει ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἱματισμὸν πολύν. καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς μετεμελήθη Φαραώ, καὶ κατεδίωξεν D ὀπίσω αὐτῶν μετὰ τῶν ἁρμάτων αὐτοῦ, καὶ κατέλαβεν αὐτοὺς παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. οὓς θεασάμενοι οἱ Ἰσραηλῖται ἀνεβόησαν πρὸς τὸν θεόν. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ Μωϋσῆς ἔπληξε τὴν θάλασσαν ῥάβδῳ, καὶ διηρέθη τὰ ὕδατα, καὶ διέβη πᾶς ὁ λαὸς ὡς διὰ ξηρᾶς. ὄπισθεν δὲ τούτου εἰσῆλθον καὶ οἱ Αἰγύπτιοι πάντες ἅμα τῷ Φαραὼ μετὰ τῶν ἁρμάτων αὐτῶν. ἰδόντες δὲ αὐτοὺς οἱ Ἰσραηλῖται διερχομένους φόβῳ συνεσχέθησαν ἀπείρῳ. ὁ δὲ Μωϋσῆς ἐκτείνας τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἐπιστρεπτικῶς ἀποκατέστησε τὸ ὕδωρ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. καὶ ἔφυγον P 48 πάντες οἱ Αἰγύπτιοι ὑπὸ τὸ ὕδωρ, μηδενὸς ὑπολειφθέντος. ὅπερ θεασάμενοι οἱ Ἰσραηλῖται τὸν ῥυσάμενον αὐτοὺς θεὸν ἐδοξολόγουν, προηγουμένων τοῦ Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἀαρών, καὶ λεγόντων "ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται," ἐφεπομένης τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν Μαρίας μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ ἀνακρουομένης τὸ τύμπανον.

Ὅτι ἐν τῇ λεπτῇ Γενέσει κεῖται μόνους δέκα μῆνας ῥιφῆναι τὰ βρέφη τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐν τῷ ποταμῷ, ἕως οὗ ἀνελήφθη Μωϋσῆς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης· διὰ τοῦτο δέκα πληγαὶ ἐδόθησαν ἐν δέκα μησὶ τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τέλος ἐν τῇ θαλάσσῃ κατεστράφησαν ὃν τρόπον τὰ βρέφη τῶν Ἑβραίων ἐν τῷ ποταμῷ ἀπέπνιγον, χιλίων ἀνδρῶν ἀποπνιγέντων ἰσχυρῶν Αἰγυπτίων ἀνθ' ἑνὸς B

pulo Iudaico dimisit. mutuatus autem est populus ab Aegyptiis vasa aurea et argentea vestemque multam. eo digresso factum Pharao mutavit, insecutusque eos est cum curribus suis, atque assecutus apud rubrum mare. Israelici visis Aegyptiis sublato clamore dei auxilium implorarunt. ibi tum Moses manu porrecta mare baculo percussit: statim aquae ita sunt divisae, ut universus populus tanquam per siccum transiverit. eum subsecuti sunt Aegyptii omnes cum Pharaone et curribus suis. quos cum viderent Israelici pertransire, ingens apud hos terror est obortus. at Moses virga sua retrorsum porrecta aquam alveo restituit, eaque omnes Aegyptii sunt obruti, nullo superstite. hoc viso Israelici dei qui ipsos servasset laudes praedicaverunt, praeeuntibus in haec verba Mose atque Aarone "canamus dominum, nam gloriose gloriam suam testatam fecit" etc, subsequentibus Maria et mulieribus, ac tympanum pulsantibus.

In parva Genesi scriptum est solos decem menses abiectos fuisse in amnem pueros Israelicorum, donec a regina Moses inde exemptus fuit. ideo etiam decem genera calamitatum per decem menses Aegyptiis inflicta, eosque demum in mari periisse, quomodo Ebraeorum pueros in fluvio suffocaverant, ita quidem, ut loco unius infantis Israelici mille

Ephodum Gedeon non aliis diis sed vero deo consecravit: sed in loco alieno, et contra legem id fecit, quae res et Israelicis offendendi ansam praebuit, et familiae Gedeonis internecione stetit. habuit enim hic Gedeon ex multis uxoribus ac pellicibus 70 filios. ex harum una etiam Abimelechum sustulit, qui reliquos suos fratres ad unum omnes super uno lapide necavit, solo Ioathamo elapso caedi. populum enim adulatione Abimelechus decepit regnumque obtinuit. Ioathamus autem frater eius conscenso quodam monte Sicemitis patris sui beneficia exprobravit, ac fabulam iis de olea ficu vite et rhamno narravit. cui

παραβολήν. καὶ κατὰ ταύτην τὴν παραβολὴν συνέβη αὐτοῖς· πνεῦμα γὰρ κυρίου συνετάραξε τοὺς βασιλεύσαντας αὐτῶν, καὶ ἡ ῥομφαία Ἀβιμέλεχ ἐνεργοῦσα κατ' αὐτῶν, καὶ ἡ ῥομφαία αὐτῶν κατ' αὐτοῦ. καὶ ἐτυράννησεν Ἀβιμέλεχ ἔτη τρία, καὶ καθεῖλε πόλεις Σικιμιτῶν. ἔτι δὲ μίαν τῶν πόλεων πολιορκῶν πλησιάσας τῷ τείχει, κλάσματι μύλου ἔβαλεν αὐτὸν ἄνωθεν γυνή, καὶ συνέτριψε τὸ κρανίον αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ Ἀβιμέλεχ ἀνέστη Θόλα, καὶ ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ B εἴκοσι τρία ἔτη. καὶ μετ' αὐτὸν Ἰαεὶρ ὁ Γαλααδίτης ἔτη εἴκοσι δύο, ὃς εἶχε τριάκοντα [δύο] υἱούς. καὶ μετὰ τοῦτον ἐξήμαρτεν Ἰσραὴλ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐδούλευσε τοῖς γλυπτοῖς τῶν ἐθνῶν. καὶ ἐταπείνωσεν αὐτὸν βασιλεὺς Μωὰβ καὶ Ἀμὼν καὶ πάντα τὰ περὶ κύκλῳ αὐτοῦ ἔθνη ἔτη ιη'. εἶτα ἐπέστρεψε πρὸς τὸν θεόν, καὶ περιῆρε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους. καὶ ἀνέστησεν αὐτοῖς κριτὴν τὸν Ἰεφθάε τὸν Γαλααδίτην, υἱὸν γυναικὸς πόρνης, ὃς ἦν ἐπηρμένος ἐν δυνάμει, καὶ ἐπάταξε τὸν βασιλέα Μωὰβ καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ κραταιῶς. οὗτος ἐπλήρωσε τὴν ἰδίαν εὐχὴν οὐκ εὐαγῶς ἐπὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ. ἔκρινε δὲ τὸν Ἰσραὴλ ἐπὶ ἔτη ἓξ καὶ ἀπέθανεν. εἶτα κρίνει αὐτὸν Ἐσσεβὼν ἔτη ἑπτὰ καὶ ἀπέθανεν. C εἶτα κρίνει αὐτὸν Ἐλγὼν ὁ Ζαβουλωνίτης ἔτη δέκα καὶ ἀπέθανεν. εἶτα κρίνει αὐτὸν Ἀβδὼν ὁ Φαραθωνίτης ἔτη ὀκτώ· ὃς ἔσχεν υἱοὺς τεσσαράκοντα, καὶ τριάκοντα υἱοὺς τῶν υἱῶν αὐτοῦ. εἶτα ἐκπορνεύει ὁ λαὸς ἐν τοῖς εἰδώλοις, καὶ παραδίδωσιν αὐτοὺς κύριος ἐν χειρὶ Φιλιστιεὶμ ἔτη τεσσαράκοντα. τότε ὤφθη ἄγγελος κυρίου

eventus eorum respondit: reges enim ipsorum spiritus domini conturbavit, fuitque in ipsos efficax Abimelechi gladius, et gladius ipsorum contra eum. tyrannidem Abimelechus triennium tenuit, urbesque Sicemitarum evertit. unam vero adhuc eorum urbem oppugnantem muroque subeuntem desuper frusto molae coniecto mulier percussit, ac calvariam ei confregit.

Successit Abimelecho Tholas, iudexque Israelicis fuit 23 annos. post hunc Iairus Galaadites annos 22. huic filii fuerunt 30. mortuo eo rursus deum populus peccatis offendit, barbarorum simulacra colendo. itaque per annos 18 rex Moabicus, Ammonicus, et quae circumiacebant gentes, eum divexaverunt. inde cum alienis diis submotis ad dominum sese convertisset, is eis iudicem excitavit Iephtham Galaaditem scorto natum. hic auctus robore Moabico populo et regi gravem cladem intulit. idemque votum suum parum pie propria filia immolata persolvit. excessit, cum sexennium populo praefuisset. post hunc Essebon 7, Eglon Zabulonius 10, Abdon Pharathonius 8 annos populi duces fuerunt, quisque eorum priori mortuo suffectus. Abdon filios habuit 40, nepotes 30. secundum haec populo rursum ad impios simulacrorum cultus se dante, deus eum Philistaeis per 60 annos opprimendum per-

στειρευούσῃ τῇ γυναικὶ Μανωέ, καὶ ἐπαγγέλλεται αὐτῇ τὴν σύλληψιν Σαμψών. ἀνδρωθέντος δὲ Σαμψών, ἔθετο τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐν ἐπιθυμίᾳ γυναικὸς ἀλλοφύλου. ἐκώλυε δὲ αὐτὸν Μανωὲ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, μὴ εἰδότες ὡς γνώμῃ θεοῦ γέγονεν αὐτῷ
D τοῦτο ἐπὶ ἀφανισμῷ τῶν ἀλλοφύλων. χλευασθεὶς δὲ Σαμψὼν ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἐν τῷ προβλήματι ὃ εἶπεν, "ἐκ στόματος ἔσθοντος ἐξῆλθε βρῶσις καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ γλυκύ," ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς εἰπούσης "τί ἰσχυρότερον λέοντος, καὶ τί γλυκύτερον μέλιτος;" καὶ ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐξέδοτο αὐτὴν ἀνδρὶ ἑτέρῳ. καὶ διὰ τοῦτο ὀργίζεται Σαμψὼν μᾶλλον τοῖς ἀλλοφύλοις, καὶ ἐμπιπρᾷ τὰς χώρας αὐτῶν διὰ τῶν χιλίων ἀλωπέκων. οἱ δὲ ἀλλόφυλοι κατέκαυσαν τὴν γυναῖκα Σαμψὼν καὶ τοὺς γονεῖς αὐτῆς, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτῶν ἐξωλόθρευσαν ἐν πυρί, ὅτι δι' αὐτοὺς τοιαῦτα συνέβη αὐτοῖς. εἶτα συνέβη αὐτῷ τὰ περὶ τὴν γυναῖκα τὴν οὖσαν ἐν τῇ πόλει τῶν ἀλλοφύλων, ὅτε καὶ τὰς πύλας τῆς πόλεως ἀνή-
P 60 νεγκεν ἐπὶ τῶν ὤμων ἐν τῷ ὄρει. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν Δαλιδᾶν. κρίνει δὲ τὸν λαὸν ἔτη εἴκοσι. καὶ μετὰ τὸ ξυρηθῆναι ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἐκτυφλωθῆναι, ἀναφυεισῶν αὖθις τῶν τριχῶν αὐτοῦ, κατέσεισε τὴν τῶν ἀλλοφύλων πόλιν, καταστρέψας αὐτήν, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς συναπέθανε, τότε φονεύσας πλείους ἀλλοφύλους ἢ ἔτι ζῶν. καὶ μετὰ τοῦτον Μιχὰ ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἐφραῒμ τοὺς ρλ' ἀργυρίου σταθμοὺς δέδωκε τῇ μητρὶ αὐτοῦ. ἡ δὲ ἡγίασε τὸ ἀργύριον τῷ κυρίῳ, καὶ ἐποίησε γλυπτὸν

mittit. eo tempore angelus domini mulieri sterili, quae Manoae erat uxor, apparet, gravidamque fore et Samsonis matrem pollicetur. adultus Samson ad ducendum sibi alienigenam uxorem animum adiecit, parentibus reluctantibus, quod nescirent consilio dei hanc ei cupiditatem iniectam, quae internecioni barbarorum ansam praeberet. successu temporis illusus ab uxore Samson (cum quaestione a marito sibi proposita, quidnam sibi hoc vellet "ex ore vorantis cibus exiit, atque dulcedo a robusto," ea respondisset "numnam aliquid leone robustius, aut melle dulcius?") consuetudine eius se abstinuit; eamque socer alii viro in matrimonium tradidit. qua re in barbaros exasperatus Samson, mille vulpibus adornatis eorum segetes incendit. itaque barbari Samsonis uxorem huiusque parentes et universam familiam igni combusserunt, quod penes eos accepti damni causa fuisset. postea Samsoni alia evenerunt propter uxorem quae in urbe alienigenarum degebat; cum quidem portas urbis humeris suis sublatas in montem extulit. similiter et Dalidae res. praefuit populo annos 20. postquam vero a barbaris detonsus et excaecatus fuit, rursum enatis crinibus urbem barbarorum concussam evertit, inque ea una mortuus est, pluribus tum quam quos vivus occiderat, necatis secum barbaris. post hunc Michas de tribu Ephraimica, 130 argenti pondo matri suae dedit: illa argentum deo consecravit, fecit

καὶ χωνευτόν, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ οἴκῳ Μιχά, καὶ ὁ οἶκος Μιχὰ ὡς οἶκος θεοῦ. ἐποίησε δὲ καὶ ἐφοὺδ καὶ σεραφίμ, καὶ προσεκαλέσατο Λευίτην εἰς ἱερέα, καὶ ἦν πράττων ἐπ' ὀνόματι τοῦ θεοῦ B κατὰ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἦν τότε βασιλεὺς ἐν Ἰσραήλ, ἀλλ' ἕκαστος τὸ ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει. ἔστι δὲ τὸ ἐφοὺδ καὶ τὸ σεραφὶμ ἔνδυμα καὶ μορφώματα. λέγει δὲ πεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ Μιχὰ ἐπωμίδα καὶ πρόσωπον, ἔνδυμα ἱερατικὸν καὶ εἴδωλα. κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν συνέβη τὰ περὶ τὸν Λευὶ καὶ τὴν παλλακὴν αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐξετρίβη ἡ φυλὴ Βενιαμίν.

Μετὰ δὲ Σαμψὼν ἡγήσατο τοῦ λαοῦ Σαμανῆ ἔτος ἕν. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις τῆς ἱεραρχίας εἰρήνην ἔσχεν ὁ λαὸς πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἔτη λ'. καὶ μετὰ τοῦτο ἦρξε τοῦ λαοῦ Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς C ἔτη κ'. λιμοῦ δὲ γενομένου πολλοὶ τῶν Ἑβραίων μετανάσται γεγόνασι· μεθ' ὧν καὶ Ἐλιμέλεχ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ Νοεμὶν ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ οἱ δύο υἱοὶ αὐτῶν. καὶ κατῆλθον εἰς τὰς πόλεις Μωάβ, καὶ ἔλαβον τοῖς υἱοῖς αὐτῶν γυναῖκας Μωαβίτιδας ἀλλοφύλους. ἐτελεύτησε δὲ ἐκεῖ Ἐλιμέλεχ καὶ οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ κατελείφθη Νοεμὶν σὺν ταῖς νύμφαις αὐτῆς. ἡνίκα δὲ ἐξῆρε κύριος τὸν λιμὸν ἐξ Ἰσραήλ, ἀνῆλθε Νοεμὶν πρὸς τὴν φυλὴν αὐτῆς, οὐ κατέλιπε δὲ αὐτὴν Ῥοὺθ ἡ νύμφη αὐτῆς· καὶ συνεργίᾳ θεοῦ καὶ παραινέσει Νοεμὶν συνάπτεται Ῥοὺθ τῷ Βοὸζ ὡς ἀγχιστεύοντι τῷ Ἐλιμέλεχ. ἐξ ἧς ἔσχεν υἱὸν τὸν Ὠβήδ, οὗ υἱὸς D Ἰεσσαὶ ὁ πατὴρ Δαυίδ. κατάγεται δὲ Βοὸζ ἐξ Ἰούδα καὶ Θάμαρ

sculptile et conflatile, idque in domo Michae posuit. fuit autem exinde domus Michae tanquam aedes dei, confecitque Ephodum et Seraphimos, et Levitam accersivit qui sibi esset sacerdos; fecitque in nomine dei secundum eius mandatum. non enim eo tempore Israelicus populus regem habebat: sed quivis, quod sibi visum esset agebat. est autem Ephodum vestis genus, et Seraphimi simulacrorum. dicuntur ergo a Micha fuisse facta vestis humeralis, ac facies sive vestis pontificalis, et simulacra. eodem tempore Levitae pellex constuprata et Beniaminea stirps deleta est.

Post Samsonem Samanes annum unum populo praefuit. atque ea tempestate sacerdotibus summam rei administrantibus, 30 per annos populo cum barbaris pax fuit. postea eum per 20 annos Elis sacerdos rexit. orta autem fame multi Ebraeorum solum verterunt; atque inter hos Elimelechus tribu Iudaeus cum Noemi uxore sua et duobus filiis in urbes Moabicas commigravit, deque ea gente filiis suis barbaricas uxores matrimonio iunxit, ibique ipse cum filiis mortem obiit, sola relicta Noemi cum duabus nuribus. postquam deus famem a Iudaea sustulit, rediit Noemis ad tribum suam, comitante eam Rutha nuru. ibi dei auxilio ac monitu Noemis effectum est ut Boozus, utpote qui sanguine Elimelecho proximus esset, Rutham duceret, ex eaque Obedum patrem Iessae, avum Davidi progeneraret. Boozus a Iuda et Thamare alienigena mu-

τῆς ἀλλοφύλου, ἐξ ὧν Φαρὲς καὶ καθεξῆς, ὡς ἡ γενεαλογία φέρει.

Ὅτι ἐν τῷ ἔτει Σαμψὼν ἕβδομος ἀρχιερεὺς κατέστη ὁ Ἠλεί, ὃς καὶ ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ πεντήκοντα ἐτῶν γενόμενος ἕτερα ἔτη μ΄. ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἱερατείας Ἠλεὶ ἐγεννήθη ὁ προφήτης Σαμουήλ, καὶ τῷ ὀγδόῳ ἔτει ἐδόθη ἐν τῷ ναῷ, καὶ τῷ λη΄ ἔτει ἤρξατο κρίνειν τὸν Ἰσραήλ, καὶ τῷ ο΄ ἐτελεύτησεν, ἱερατεύσας λε΄ ἔτη.*

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς τῶν κριτῶν βίβλου, ὡς ἐν παρόδῳ
P 61 *κατ᾽ ἐπιτομὴν ἐσημειωσάμεθα. ἔδοξε δέ μοι καὶ τὰς ἀναγκαιοτέρας ὑποθέσεις τῶν τε βασιλειῶν καὶ τῶν παραλειπομένων ἐν ἐπιτόμῳ ἀνατάξαι εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐντυγχανόντων ταύτῃ τῇ βίβλῳ.*

Ὁ Ἐλκανᾶς καὶ Ἄννα καὶ Φενάννα αἱ γυναῖκες αὐτοῦ ἀνήρχοντο ἐν Σηλὼμ θύειν κυρίῳ. καὶ τῇ Ἄννῃ οὐκ ἦν τέκνον. καὶ ᾐτήσατο Ἄννα κατωδύνως κυρίῳ τοῦ ἀνοιγῆναι αὐτῆς τὴν μήτραν καὶ τὸ τεχθὲν δοτὸν γενέσθαι αὐτῷ. καὶ ἔτεκε τὸν Σαμουήλ, καὶ προσήνεγκεν αὐτὸν τῇ σκηνῇ τοῦ θεοῦ. καὶ πάλιν ηὔξατο Ἠλεὶ ὑπὲρ αὐτῆς δοθῆναι αὐτῇ ἀντὶ Σαμουὴλ τέκνα, καὶ ἔτεκεν υἱοὺς
B *τρεῖς καὶ θυγατέρας δύο. Ὀφνεὶ δὲ καὶ Φινεὲς οἱ υἱοὶ Ἠλεὶ οὐκ ἐν ταῖς θυσίαις μόνον ἐξημάρτανον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν ἐξεπόρνευον ταῖς παρεστηκυίαις ἐν ταῖς πύλαις τοῦ ναοῦ κυρίου. ἱστορεῖ τοίνυν ἡ πρώτη τῶν βασιλειῶν πόλεμον συστῆναι τοῖς ἀλ-*

liere genus repetit; quibus natus fuit Pharezus, ac deinceps uti generis recensio demonstrat.

Anno Samsonis * septimus pontifex declaratus fuit Elis. hic quinquagenarius principatum populi occoepit, gessitque annos 40. quarto anno huius pontificatus Samuelus vates est natus, octavoque in templum dedicatus trigesimo octavo coepit ius populo dicere, mortuusque est anno septuagesimo, sacerdotio 35 annos functus.

Atque haec quidem de libro iudicum breviter atque obiter annotavimus. consultum autem fore censui ut etiam praecipua Regnorum librorum, atque eorum qui Annales appellantur, argumenta compendio referam, ut ea nostro lectori in memoriam ista ratione redigantur.

Elcanas cum uxoribus suis Anna et Phenanna Silonem adscendit, deo sacrificaturus. Anna autem cum prolem non haberet, a deo intimis precibus contendit uti se sterilitate liberaret, pollicens ipsi se prolem quam dedisset consecraturam. ita Samueli mater facta est, eumque tabernaculo dei obtulit. cumque Elis ipsi comprecatus esset a deo alios liberos dari loco Samueli, ea postmodo filios tres ac filias duas peperit. ceterum Ophnis ac Phineas, Elis sacerdotis filii, non sacrificia modo delictis suis polluebant, sed et cum mulieribus templi dei ianitricibus stupri consuetudinem habebant. narrat porro primus Regnorum liber barbaros

λοφύλοις πρὸς τὸν Ἰσραήλ. καὶ νικήσαντες οἱ ἀλλόφυλοι αἴρουσι τὴν κιβωτὸν τοῦ Ἰσραήλ. καὶ ἀκούσας Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς πεσὼν ἀπέθανε. προσφέρουσι δὲ οἱ ἀλλόφυλοι τὴν κιβωτὸν δῶρον τῷ θεῷ αὐτῶν Δαγὼν εἰς Ἄζωτον, καὶ ἱστῶσιν αὐτὴν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ εἰδώλου. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ πίπτει ὁ θεὸς αὐτῶν Δαγών, καὶ ὀρθρίσαντες εὗρον αὐτὸν πεπτωκότα ἔμπροσθεν τῆς κιβωτοῦ. ἀνέστησάν τε αὐτόν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ νυκτὶ πάλιν ἔπεσε Δαγὼν καὶ C συνετρίβη, καὶ οὐκέτι ὁ ναὸς αὐτοῦ ἐσεβάσθη. καὶ ἐπατάχθησαν οἱ ἀλλόφυλοι εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν καὶ οἱ ἐν παντὶ ὁρίῳ τῆς πενταπόλεως αὐτῶν, Ἀζώτου Γάζης Ἀσκάλωνος Γὲθ Ἀκκάρων· καὶ ἐγένετο σύγχυσις μεγάλη θανάτου ἐν αὐταῖς, καὶ ἡ γῆ αὐτῶν ἐξέβραζε μῦς. καὶ μετὰ ἑπτὰ μῆνας (ὡς δὲ Ἰώσηπος, μῆνας δύο μόνους ποιῆσαι τὴν κιβωτὸν παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις, οἳ καὶ Παλαιστηνοὶ νῦν καλοῦνται) ἐξέπεμψαν τὴν κιβωτὸν μετὰ δώρων καὶ θυσιῶν, ἐπιθήσαντες αὐτὴν ἐφ' ἅμαξαν καινήν, ζεύξαντες βόας ἐκλεκτοὺς ἀσκύλτους, καὶ ηὔθυναν οἱ βόες ἀφ' ἑαυτῶν. καὶ ἦλθεν Ἰσραὴλ εἰς τιμήν. ἰδόντες δὲ οἱ ἀλλόφυλοι ἐφοβήθησαν D φόβον μέγαν. καὶ ἔμεινεν ἡ κιβωτὸς εἰς οἶκον Ἀμιναδὰμ ἔτη κʹ. πρὸ τούτου δὲ κατήντησεν ἡ κιβωτὸς ἐν Βεθσαμοῖς εἰς οἶκον Ὠσηέ, ὃς τὴν μὲν ἅμαξαν διασχίσας καὶ ἀνάψας ἐν πυρί, τοὺς δὲ βόας ἐν αὐτῇ ἀνενεγκὼν προσήνεγκε θυσίαν κυρίῳ τῷ θεῷ. οἱ δὲ υἱοὶ Ἰεχωνίου ἀναξίως προσήγγισαν τῇ κιβωτῷ, καὶ ἀπώλοντο ἐξ αὐτῶν οʹ ἄνδρες, οἵτινες ὑπῆρχον δυσσεβεῖς καὶ εἰδωλολάτραι, ἀλλὰ

Israelicis bellum intulisse, victoriaque potitos arcam dei Israelici abstulisse: Elim eo audito corruisse atque exspirasse. barbaros arcam Azotum attulisse, donarium Dagoni deo suo, atque ad simulacri pedes constituisse. id simulacrum noctu concidisse, maneque ab iis inventum ante arcam prostratum. rursus erectum, insequenti nocte denuo devolutum esse atque confractum: itaque fanum eius esse in honore desiisse. sed et in anu morbum inflictum barbari senserunt, et per totam Pentapolin (regio est a quinque urbibus hoc nomen habens, Azoto Gaza Ascalone Getha Accarone) habitantes; iisque in urbibus magna fuit pestilentia. terra quoque eorum mures edidit. post septem menses (Iosephus duos tantum perhibet) barbari, quos nunc Palaestinos appellamus, arcam cum donis et hostiis emiserunt novis quadrigis impositam, cui vaccas delectas et intactas iunxerant. eae nemine dirigente viam confecerunt. fuitque hoc Israelico populo honori, cum barbari re visa magno metu percellerentur. mansit autem arca in domo Aminadabi. prius quidem ea in domum Oseae in urbem Bethschemesam pervenerat; qui quadrigis scissis et accensis vaccas igni impositas domino deo adolevit. at vero filii Iechoniae cum ad arcam minus religiose accessissent, 70 de iis mortui sunt: erant enim impii et falsorum numinum cultores, sicut et pleri-

καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ ἐν Βεθσαμοῖς, ὥστε καὶ πνιγῆναι ἐκ τοῦ
λαοῦ αὐτοῦ πεντήκοντα χιλιάδας. αὖθις δὲ πάλιν ἀποπέμπουσι
P 62 καὶ οὗτοι τὴν κιβωτὸν εἰς Καριαθιαρείμ· οἱ δὲ ἐν αὐτῇ ἄσμενοι
ἀπεδέξαντο τὴν κιβωτόν, καὶ κατέστησαν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον
Ἀμιναδὰμ τὸν ἐν τῷ βουνῷ, καὶ ἡγίασεν Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν αὐ-
τοῦ φυλάσσειν τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου. ἐποίησε δὲ ἡ
κιβωτὸς ἐκεῖσε ἔτη κ', καὶ ὁ λαὸς ἄρτι ἐπορεύθη ὄπισθεν κυρίου.
καὶ συνάγει Σαμουὴλ πάντας εἰς Μασιφᾶ, καὶ παραινεῖ περιελέ-
σθαι αὐτοὺς πάντα τὰ εἴδωλα, καὶ ἐποίησαν οὕτως. οἱ δὲ ἀλλό-
φυλοι παμπληθεὶ παρενέβαλον ἐπ' αὐτούς. καὶ ηὔξατο ὑπὲρ
αὐτῶν Σαμουήλ, καὶ ἐβρόντησε κύριος, κινεῖται δὲ πᾶς Ἰσραὴλ
κατὰ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς κύριος διὰ χειρὸς
B Ἰσραὴλ πληγὴν μεγάλην. καὶ μετὰ τοῦτο συνάγεται πᾶς ὁ λαὸς
πρὸς Σαμουὴλ λέγοντες "ἐπειδὴ οἱ υἱοί σου Ἰωὴλ καὶ Ἀβιᾶ οὐ
κατὰ τὰς σὰς πορεύονται ὁδούς, ἀλλὰ δώροις ἐκκλίνουσι τὸ δί-
καιον, ποίησον ἡμῖν βασιλέα, ὃς κρινεῖ ἡμᾶς." πονηρὸν δὲ τοῦτο
ἐφάνη τῷ Σαμουήλ. ὅμως εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς ὑπακοῦσαι τοῦ
λαοῦ, καὶ ὅτι οὐ σὲ ἐξουδενώκασιν ἀλλ' ἐμὲ τῷ μὴ θέλειν βασι-
λεύεσθαι ὑπ' ἐμοῦ· κατὰ ταῦτα πεποιήκασιν οἱ πατέρες αὐτῶν,
ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου. ἔχρισεν οὖν αὐ-
C τοῖς Σαμουὴλ βασιλέα τὸν Σαούλ, ἄνδρα Βενιαμίτην. καὶ ὁ βα-
σιλεὺς Ἀμανιτῶν Ναᾶς ἐπανέστη τῇ Γαλαάδ. οἱ δὲ ἤθελον ἐπὶ

1 πληγῆναι Xylander

que omnes Bethschemesani cives; quapropter etiam 50 milia virorum de illo populo perierunt. itaque hi arcam a se Cariatiearimam dimittunt; cuius cives eam alacres exceperunt, inque domo Aminadabi sita in colle reposuerunt; Eleazarumque is filium suum consecravit, qui arcam foederis divini custodiret. ibi arca annos 20 est commorata.. tunc populus denuo dei praeceptis obtemperabat; quos Masipham convocatos Samuel exhortatus est uti simulacra omnia abolerent. eiusque monitui populus obtemperavit. statim barbari omnibus copiis adversus populum Israeliticum sunt profecti. pro quo cum ad deum precibus Samuel intercederet, intonuit deus. ac toto populo in aciem contra barbaros egresso, manu eius deus ingentem stragem barbarorum edidit. his ita gestis universus populus ad Samuelum confluxit, eumque sic appellaverunt (1 Sam. 8) "quandoquidem filii tui Ioelus et Abias tuis vestigiis non insistunt, sed in iudicando corrumpi se donis patiuntur, agedum regem nobis constitue, qui noster sit iudex." displicuit id postulatum Samuelo: verum tamen a deo iussus ipsis obsequi, quando non Samuelum sed se deum sprevissent, regemque ipsis esse eum dedignati essent, imitati in hoc maiorum suorum facta, qui ab eo die quo ex Aegypto educti divinitus fuerunt, tales sese gessissent, ita ergo Saulum, hominem tribu Beniaminaeum, unctione regem iis designavit. secundum haec Ammonitarum rex Naasus Gileadam urbem oppugnavit. cum vero ii salutis obtinendae

σωτηρίᾳ δουλεύειν αὐτῷ. καὶ εἶπε Ναᾶς "οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἔσται ὑμῖν ἡ σωτηρία ἐν τῷ ἐξορύξαι με παντὸς ἀνδρὸς ὀφθαλμὸν δεξιὸν εἰς ὄνειδος Ἰσραήλ." καὶ ἐθρήνησαν οἱ ἄνδρες οἱ ἐν Γαλαάδ. ἤκουσε δὲ Σαούλ, καὶ προσκαλεῖται πάντα Ἰσραήλ, καὶ ἐξαριθμεῖται αὐτὸν εἰς χο' χιλιάδας. ποιήσας δὲ αὐτοὺς εἰς τρεῖς ἀρχὰς ἐπέθετο τοῖς Ἀμανίταις καὶ ὠλόθρευσεν αὐτούς. ὁ δὲ Σαμουὴλ λαμβάνει τὸν λαὸν καὶ Σαούλ, καὶ κατέρχεται εἰς Γάλγαλα, καὶ ἐγκαινίζει τὴν βασιλείαν Σαούλ, καὶ ἄπεισιν εἰς Ἀρμα- D θαΐμ. συναθροίζεται δὲ πλῆθος ἀλλοφύλων ἐν Γαλγάλοις, καὶ οὐχ εὑρέθησαν μετὰ Σαοὺλ εἰ μὴ ἑξακόσιοι ἄνδρες, καὶ οὐδὲ τούτοις ἦν ὅπλα. Σαοὺλ δὲ διαπορηθεὶς καὶ ἐγκρατευσάμενος ἀνήνεγκεν θυσίαν τῷ κυρίῳ. καὶ ἰδοὺ παραγίνεται Σαμουὴλ πρὸς αὐτόν, καὶ λέγει αὐτῷ "τί τοῦτο ἐποίησας;" ὁ δὲ τὴν ἀπορίαν τοῦ λαοῦ καὶ τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ προβάλλεται. Σαμουὴλ δὲ ἀραῖς αὐτὸν ἀπειλήσας τὴν βασιλείαν ἑτέρῳ τῷ ὑπὲρ αὐτὸν κρείττονι δοθήσεσθαι προφητεύει, καὶ ἄπεισιν. Ἰωνάθαν δὲ μόνος μετὰ τοῦ αἴροντος τὰ σκεύη αὐτοῦ παραβιασάμενος κατῆλθεν εἰς τὴν ὑπόστασιν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ σύμβολον δοὺς τῷ αἴροντι τὰ P 63 σκεύη αὐτοῦ ἐπέθετο τοῖς προφυλάσσουσι, καὶ ἐπάταξεν ὡσεὶ κ' ἄνδρας. καὶ ἐπήνεγκε κύριος ἔκστασιν ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν ἀλλοφύλων ἐν τῷ ἑωρακέναι μακρόθεν τὴν φυγὴν τῶν προφυλασσόντων. οἱ δὲ ἐν τῷ βουνῷ ὄντες μετὰ Σαούλ, ἰδόντες τὴν σύγχυσιν τῆς παρεμβολῆς τῶν ἀλλοφύλων, δηλοποιοῦσι τῷ Σαούλ. ἦν δὲ ἱερεὺς ἐκεῖ Ἀχίας Λευίτης, αἴρων ἐφούδ, καὶ εἶπεν αὐτῷ Σαοὺλ

causa servitutem se ei servituros promitterent, aliter se iis parciturum Nasus negavit, nisi in opprobrium Israelicae gentis cuivis viro oculum dextrum eruisset. id ingentem apud Gileaditas luctum excitavit. Saulus autem re cognita totum Israelicum populum ad se convocavit, numerumque virorum 670 milia invenit. proinde copiis in tres partes divisis Amanitas aggressus occidione occidit. tum Samuelus adsumpto populo ad Galgala descendit, Saulumque ibi regno inauguravit, ipseque Armathaimam abiit. paulo post barbarorum multitudo ad Galgala convenit, cum quidem Saulus secum non amplius 600 viris haberet, eosque inermes. itaque in his angustiis desperato Samueli adventu deo sacrificavit. ecce autem ei supervenit Samuelus, et ob id factum obiurgat, paucitatem suorum et angustiam temporis praetexenti imprecationibus certis minatus fore ut regnum hoc praestantiori traderetur: id vaticinatus discessit. at vero Ioanathas solo armigero comitatus ad stationem barbarorum perrupit; tesseraque armigero data excubitores adortus ad viginti viros interfecit. sed et dominus terrorem castris barbarorum immisit, cum fugam excubitorum eminus cernerent. qui in colle cum Saulo erant, cum eam in castris barbarorum trepidationem cernerent, Saulo rem aperiunt. is Achiam sacerdotem Levitam, qui una erat ac Ephodum gesta-

ἐπερωτῆσαι ἐν κυρίῳ. ὡς δὲ ἔτι καὶ μᾶλλον συνεκόπτετο ἡ παρ-
εμβολὴ τῶν ἀλλοφύλων ὑφ' ἑαυτῶν (ἐπανέστησαν γὰρ οἱ ἐπίμικτοι
καὶ δοῦλοι οἱ μετὰ τῶν ἀλλοφύλων καθ' ἑαυτῶν, καὶ ἐπάτασσον
B αὐτοὺς ῥομφαίαις), εἶπε Σαοὺλ τῷ Ἀχίᾳ συστεῖλαι τὰς χεῖρας,
καὶ ἐπέθετο αὐτὸς τοῖς ἀλλοφύλοις σὺν τοῖς ἑξακοσίοις. ἐξῆλ-
θον δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς κρυπτόμενοι τῶν
Ἑβραίων, καὶ γεγόνασι μετὰ Σαοὺλ ὡσεὶ χιλιάδες δέκα. τότε
ἠγνόησεν ἄγνοιαν Σαούλ, καὶ ἠράσατο μὴ ἀπογεύσασθαι βρώσεως
τὸν λαὸν ἕως συντελέσει τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. πᾶσα δὲ ἡ γῆ ἠρί-
στα. εἶτα συμβαίνει τὰ περὶ Ἰωνάθαν ἐν τῇ ἐν ἀγνοίᾳ βρώσει
τοῦ μέλιτος. ἐξαιρεῖται δὲ αὐτὸν ὁ λαὸς τοῦ θανάτου. καὶ
Σαοὺλ κατεπολέμησε πάντα τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ αὐτοῦ, ἰσχύων κατ'
C αὐτῶν. πάλιν δὲ ἀνέρχεται πρὸς αὐτὸν Σαμουὴλ ὁ προφήτης,
καὶ λέγει αὐτῷ τὴν ἀπώλειαν Ἀμαλήκ, καὶ δίδωσιν αὐτῷ ἐντολήν,
ἣν ἔλαβεν ἐκ θεοῦ, τοῦ μὴ περιποιήσασθαι ἐξ αὐτοῦ ἀπὸ ἀνθρώ-
που ἕως κτήνους, ἀπὸ νηπίου καὶ θηλάζοντος ἕως πρεσβύτου,
ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ὅλον τὸ θῆλυ γένος ὀλέσαι καὶ πάντα τὰ κτήνη
αὐτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν διαφθεῖραι, ὅτι κακὰ
ἐνεδείξαντο τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανόδῳ. Σαοὺλ
δὲ τῆς μὲν νίκης ἐπιτυχὼν καὶ ἐκτρίψας τὸν Ἀμαλὴκ περιεποιήσατο
Ἄγαγ τὸν βασιλέα αὐτῶν, ὁ δὲ λαὸς διήρπασε ποίμνια καὶ βου-
D κόλια καὶ ἀποσκευὴν ἱκανήν. καὶ ἰδοὺ παραγίνεται Σαμουὴλ ἐν
Γαλγάλοις, καὶ λέγει πρὸς Σαοὺλ ἃ εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός, τήν τε

bat, iussit deum consulere. cum vero etiam amplius barbari in castris tumultuantes mutuo sese aggrederentur (nam advenae et servi qui in barbarorum castris erant, adversus se invicem infestis armis rem gerebant), Saulus sacerdoti iussit ut manus componeret, atque ipse cum sexcentis barbaros adortus est. coniunxerunt se cum eo etiam Ebraei, qui in speluncis et rimis montium latebant, ita ut circa Saulum essent ad decem virorum milia. ibi tum Saulus ignoratione ductus mortem voverat ei, quicunque de populo cibum prius gustasset quam hostes essent deleti. omnis autem terra prandebat. tunc evenit ut Ionathas edicti istius ignarus mel gustaret; quem tamen populus neci exemit. porro Saulus omnes finitimas in orbem gentes debellavit. rursum deinde Samuelus vates ad eum venit, ac quod a deo acceperat mandatum, ipsi exponit de internecione excidenda Amaleci gente, ita quidem ut et homines et pecus ab lactente usque ad senem omnes, adeoque totum etiam muliebre genus cum iumentis exstinguere et omnia ipsorum impedimenta perdere iuberet. causa internecionis Amalecitis fuit, quod ex Aegypto adscendentem Israelicum populum maleficiis infestassent. Saulus vero victoriam quidem deletis Amaleci copiis obtinuit, caedi tamen Agagum regem exemit. ac populus etiam de gregibus armentis impedimentisque hostium magnam praedam egit. ecce autem Samuelus ad Saulum Galgalis agentem revertitur, iussuque dei ei indicat fore ut regno excidat

τῆς βασιλείας ἔκπτωσιν καὶ τὴν διαίρεσιν τοῦ λαοῦ, ὃς διέρρηξε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος αὐτοῦ. παραβιάζεται δὲ Σαοὺλ τὸν Σαμουὴλ ὑποστρέψαι μετ' αὐτοῦ, καὶ χερσὶν ἰδίαις ὁ προφήτης ἀποσφάζει Ἄγαγ τὸν βασιλέα Ἀμαλήκ. διὰ ταύτην τὴν παρακοὴν Σαοὺλ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Σαμουήλ "μεταμεμέλημαι ὅτι ἔχρισα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, διότι ἀπέστη ἀπὸ ὄπισθέν μου καὶ οὐκ ἐφύλαξε τὰ ῥήματά μου." πολλὰ δὲ κατωνείδισε τὸν Σαοὺλ Σαμουὴλ ἐπὶ τῇ παρακοῇ ταύτῃ. ὁ δὲ τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν λαὸν καὶ τοῦ θῦσαι τὰ θρέμματα τῷ θεῷ ἐπήνεγκε. καὶ εἶπε Σαμουὴλ P 64 πρὸς Σαούλ "εἰ θελητὸν τῷ κυρίῳ ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαι ὡς τὸ ἀκοῦσαι φωνῆς κυρίου; ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθή, καὶ ἡ ἐπακρόασις ὑπὲρ στέαρ κριῶν. ὅτι ἁμαρτία οἰώνισμά ἐστι, ὀδύνην καὶ πόνον θεραφὶμ ἐπάγουσιν. ὅτι ἐξουθένωσας τὸ ῥῆμα κυρίου, καὶ ἐξουθενώσει σε κύριος, μὴ εἶναι βασιλέα ἐπὶ Ἰσραήλ." καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ Σαμουήλ, καὶ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι. γνώμῃ δὲ θεοῦ κατακολουθήσας Σαμουὴλ ἄπεισιν εἰς Βηθλεέμ, καὶ ἐκεῖ ἔχρισε τὸν ὄγδοον υἱὸν Ἰεσσαὶ Δαβὶδ εἰς βασιλέα, καὶ δίδοται πνεῦμα θεοῦ. καὶ τότε ἐπῆλθεν ἐπὶ Σαοὺλ πνεῦμα πονηρόν, καὶ ἔπνιγεν αὐτόν. καὶ εἶπον οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ τὰ περὶ Δαβὶδ πρὸς B αὐτόν, ὅτι πνεῦμα θεοῦ ἐν αὐτῷ, καὶ ὅτι ᾄδει ψάλλων ἐν κινύρᾳ καὶ ψαλτηρίῳ καὶ ναύλῃ. καὶ ἀπέστειλε Σαοὺλ πρὸς Ἰεσσαί, καὶ ἔλαβε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ψάλλειν καὶ διώκειν πνεῦμα τὸ

1 ὡς Xylander 13 θεραφὶμ Xylander septuaginta interpretes secutus: legebatur σεραφίμ

Saulus, populumque ita ab eo abruptum iri quomodo rex laciniam de laena Samuelis abrupisset. et Samuelus a rege ita coactus una cum eo revertit, Agagumque regem sua manu vates iugulavit. haec divini mandati neglectio ita deum offendit ut Samuelo diceret, quod inunxisset regno Saulum, eius se paenitere, quando is a se defecisset ac mandata sua posthabuisset. ac cum Saulus a Samuelo huius praevaricationis causa graviter obiurgatus populi culpam studiumque pecudes deo sacrificandi causaretur, "putasne" inquit vates, "hostias ac sacrificia deo tam probari quam dicto eius audientem esse? sic habe: praestat obedientia sacrificio, et obtemperatio adipi arietino. contra peccatum magicae superstitioni par est inobedientia, poenamque cum cultus falsi numinis supplicio eandem conciliat. tu quia dei mandatum pro nihilo habuisti, itaque deus etiam te nihili faciet, regnoque Israelico privabit." his dictis a rege discessit, neque ei porro se videndum praebuit. idem vates dei iussu Bethlehemam abiit, ibique Davidum Iessae filium natu octavum ungens regno destinavit; atque huic spiritus dei datus est. at contra in Saulum spiritus malignus irruit, eumque vexavit. familiares itaque ei indicaverunt esse Davidum spiritu dei praeditum ac variis instrumentis musicis ludere peritum. itaque Saulus ad Iessam missis famulis Davi-

πνῖγον αὐτόν. καὶ ἀπέστη τὸ πνεῦμα ἀπὸ Σαούλ, καὶ πεποίηκεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ αἴρειν τὰ σκεύη αὐτοῦ τὰ πολεμικά. ἀγαπητὸς δὲ γέγονε Δαβὶδ τῷ Σαούλ. τότε ἐξῆλθον οἱ ἀλλόφυλοι ἐν δυνάμει βαρείᾳ, καὶ γέγονε τὰ περὶ Δαβὶδ καὶ Γολιάθ, ὃν ἀνεῖλε μονομαχήσας ὕψος ἔχοντα πόδας ὀκτώ, ὢν ἐτῶν λγʹ. ᾧ ὑπήντησαν αἱ χορεύουσαι λέγουσαι "ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ καὶ C Δαβὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ." καὶ γίνεται φθόνος Σαοὺλ ἐπὶ Δαβὶδ διὰ τὸ αὐτῷ μὲν δοθῆναι τὰς χιλιάδας, ἐκείνῳ δὲ τὰς μυριάδας. καὶ ἐπέπεσε παρὰ θεοῦ πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ Σαούλ, καὶ προεφήτευσεν ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. καὶ Δαβὶδ ἔψαλλεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ὡς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ δορὺ ἐν τῇ χειρὶ Σαούλ, καὶ εἶπε πατάξαι ἐν Δαβίδ, καὶ ἐκκλίνας Δαβίδ, ἐπάταξεν ἐν τῷ τοίχῳ. τοῦτο δὶς πεποίηκε Σαούλ. γνοὺς δὲ Σαοὺλ συμμαχεῖν θεὸν τῷ Δαβίδ, ἐποίησεν αὐτὸν χιλίαρχον, ἐξαποστείλας αὐτὸν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ εἰσέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι ἐν τῷ πολέμῳ, εἰπών "ἔστω ἡ χεὶρ τῶν ἀλλοφύλων κατ' αὐτοῦ ἤπερ ἡ χείρ μου," D καὶ δέδωκεν αὐτῷ Μελχὸλ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα. ἀποδρὰς δὲ Δαβὶδ ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ ἀπῆλθε πρὸς Σαμουὴλ ἐν πόλει Ἀρμαθαΐμ, καὶ εὗρε χορὸν προφητῶν μετὰ Σαμουήλ. καὶ ἀπέστειλε Σαοὺλ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀγγέλους συλλαβέσθαι τὸν Δαβίδ· καὶ προφητεύοντες διέμενον. θυμωθεὶς δὲ Σαοὺλ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐπορεύθη συλλαβέσθαι αὐτόν· καὶ ἐξέστη, καὶ ἦν προφητεύων καὶ αὐτός, καὶ ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἔκειτο

dum domum suam adscivit, ut fidibus luderet spiritumque a quo rex vexabatur abigeret; qui et recessit a rege. proinde Davidum rex dilexit armigerumque suum constituit. sub idem tempus barbari bellum Ebraeis fecerunt, magnis freti copiis. quo in bello Davidus Goliathum octo pedes altum, annos natus 33, singulari praelio congressus trucidavit. a qua victoria redeunti, cum occurrentes choream ducentes mulieres cecinissent a Saulo milia, a Davido dena milia esse devicta, invidit rex Davido sibi eo carmine praelato; exagitavitque eum denuo malignus deo immittente spiritus, ac in medio suae domus vaticinatus est. coram eo Davidus quotidie fidibus cecinit. Saulus autem hasta quam manu tenebat, Davidum traiicere voluit: sed hic inclinato corpore ictum evitavit, et hasta parieti infixa est. bis hoc Saulus est conatus. inde cognito deum Davido adesse, tribunum militum eum fecit inque bellum emisit, ut militiae versaretur: aiebat enim malle se eum barbarorum quam suis manibus perire. nuptum quoque ei dedit Michol filiam suam. enimvero Davidus Saulum fugiens ad Samuelum in urbem Ramatha se contulit, ibique cum Samuelo chorum vatum repperit. tertium Saulus eo misit qui Davidum ad se abducerent: verum ii vaticinandi spiritu correpti ibidem manserunt. qua re ira percitus Saulus, cum ipse comprehendendi Davidi causa eodem abiisset, divino instinctu affectus ipse

δι᾽ ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς γυμνός. καὶ μετὰ ταῦτα τελείως
ἀφίσταται Δαβὶδ ἀπὸ Σαούλ, κτησάμενος χεῖρα τετρακοσίων ἀν- P 65
δρῶν πολεμιστῶν. καὶ μετὰ τοῦτο θνήσκει Σαμουήλ, καὶ θά-
πτεται ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐν Ἀρμαθαΐμ. Σαοὺλ δὲ ἔτι διώκων ἦν
τὸν Δαβίδ. Ἀβεσσᾶ δὲ καὶ Ἰωὰβ κατῆλθον ἐν τῇ παρεμβολῇ
Σαοὺλ νυκτὸς μετὰ Δαβίδ, καὶ ἔλαβον τὸ δόρυ καὶ τὸν φακὸν
τοῦ ὕδατος. ἀποδιδράσκει δὲ Δαβὶδ πρὸς Ἀγχοῦς βασιλέα Γέθ,
καὶ δίδωσιν αὐτῷ πόλιν Σικελάκ, καὶ παροικεῖ ἐκεῖ μῆνας τέσσα-
ρας· ὅπου στήλην ὁ πατραλοίας Ἀβεσαλὼμ ἐπ᾽ ὀνόματι αὐτοῦ
ἔστησε, παρανομήσας κἀν τούτῳ. ἐν ᾧ τόπῳ καὶ λιθόλευστος
γέγονεν ..... Ἰεβοσθὲ ὁ Χαναναῖος, ὃς ἐπὶ ἐννακοσίοις τραυμα-
τίαις ἐσπᾶτο ῥομφαίαν εἰσάπαξ. οὗτος οὐκ ἦν τῶν τριῶν, ἀλλ᾽ B
ὑπὲρ τοὺς τρεῖς δυνατός. εἶτα Ἀδίνων, καὶ οὗτος ἐσπᾶτο ῥομ-
φαίαν ἐπὶ ὀκτακοσίοις τραυματίαις. Ἐλεάζαρ, καὶ τρίτος Σα-
μίας· οὗτοι οἱ τρεῖς διέρρηξαν τὸ σύστημα τῶν ἀλλοφύλων, καὶ
ἤνεγκαν ἐκ Βηθλεὲμ πιεῖν τῷ Δαβὶδ αἰτήσαντι ὕδωρ. Ἀβεσσᾶ
δὲ ὁ ἀδελφὸς Ἰωὰβ καὶ Ἀσσαὴλ ἐσπάσαντο τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν
ἐπὶ τῷ τραυματίᾳ. ἦρχε δὲ τῶν τριῶν οὐχ ὡς ὑπὲρ αὐτοὺς ἢ ὡς
αὐτοὶ ἰσχύων, ἀλλ᾽ ὡς συγγενὴς τοῦ βασιλέως· ἡ γὰρ δύναμις
αὐτοῦ πρὸς τοὺς τρεῖς οὐκ ἦλθεν. ἀλλὰ καὶ Βανέας υἱὸς Ἰωάβ,
ἀδελφοῦ τοῦ Δαβίδ, δυνατὸς ὢν παρεβάλλετο τοῖς τρισίν, οὐ C
μέντοι γέγονε τῆς ἰσχύος αὐτῶν. ἦσαν δὲ ὀνομαστοὶ καὶ δυνατοὶ

6 ἤτοι τὸν ξέστην margo P

quoque cum reliquis vaticinari coepit; detractisque sibi vestibus nudus diem ac noctem iacuit. post haec Davidus a Saulo prorsus recessit, parata quadringentorum virorum bellicosorum manu. haec consecuta est mors Samueli, isque domi suae Ramathae humatus est. cum a Davido persequendo Saulus non desisteret, Abessaus et Ioabus cum Davido in castra illius noctu pervenerunt, hastamque regis et lenticulam aquae secum abstulerunt. profugit deinde ad regem Gethae Anchisum Davidus, isque ei urbem Siclagam concedit, in qua Davidus per quattuor menses inquilinus fuit, ubi statuam quoque sibi parricida Absalomus erexit, etiam hoc suis addens sceleribus: eodemque in loco lapidibus obrutus est. fuit Iebosthes Chananaeus, qui evaginato gladio una pugna 900 viros vulneravit. is non fuit unus de tribus, sed supra tres potens. deinde Adinon, qui stricto gladio 800 vulneravit, Eleazar, tertiusque Sameas. hi tres globum hostium barbarorum perruperunt, et petenti Davido aquam ex Bethlehema bibendam attulerunt. Abessaus frater Ioabi et Asaelis: is ense nudato trecentos sauciavit. praelatus autem fuit inter tres, non quod robore eos aequaret, nedum anteiret, sed ut cognatus regis: nam potentia tres istos non attigit. quin etiam Banaias Ioiadae F. fratris Davidi, quanquam ob virtutem tribus istis compararetur, non tamen eorum virtutem aequavit. fuerunt porro etiam alii 37 celebres

ἕτεροι λζ', ὧν ἦρχεν Ἀσαήλ. ῥομφαία δὲ ἡ σπάθη ἐστί, καὶ οὐ τὸ δόρυ, ὥς τινες οἴονται, καθὼς Δαβὶδ πρὸς τὸν ἀλλόφυλον λέγει "σὺ ἔρχῃ πρός με ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν δόρατι καὶ ἐν ἀσπίδι, κἀγὼ πορεύσομαι πρὸς σὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ Σαβαώθ." ὁ δὲ ἐτῶν ο' τελευτᾷ Δαβίδ, ἑπτὰ ἔτη βασιλεύσας τοῦ Ἰούδα καὶ μῆνας ἕξ, τριάκοντα δύο δὲ καὶ μῆνας ἓξ ἐπὶ πᾶσαν φυλήν. ἦν δέ, ὅτε ἐβασίλευσεν, ἐτῶν τριάκοντα.

Ὅτι Σολομῶν καὶ πρὸ τοῦ οἰκοδομῆσαι αὐτὸν τὸν ναὸν ἐν D τοῖς ὑψηλοῖς ἐθυμία, καὶ πᾶς ὁ λαός. τὰ δὲ μέγιστα τῶν παραπτωμάτων αὐτοῦ μετὰ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ γέγονεν.

Ὅτι ἐποίησε τὸν βασίλειον θρόνον αὐτοῦ ἐλεφάντινον, ἐκ μὲν τῶν ὄπισθεν ἔχοντα προτομὰς δύο μόσχων, καὶ δύο λεόντων εἰς τὰ παρ' ἑκάτερα πλησίον τοῦ θρόνου. ἐποίησε δὲ καὶ βαθμοὺς ἕξ, εἰς ὕψος ἐξαίροντας τὸν θρόνον, καὶ ἐν ἑκάστῳ βαθμῷ ὡσαύτως λέοντας ἐστηλωμένους, ὥστε εἶναι τοὺς πάντας λέοντας τῶν μὲν ἀναβάθμων δώδεκα, τοὺς δὲ πλησίον τοῦ θρόνου δύο. λέγει δὲ Ἰώσηπος καὶ ἐν τούτῳ ἀνομῆσαι αὐτὸν καὶ παραβῆναι τοὺς ὑπὸ P 66 θεοῦ δοθέντας τῷ Μωϋσῇ καὶ τῷ λαῷ νόμους· οὐδὲ γὰρ ὄψεως ἕνεκεν ἐπετράπησαν ζῳοπλαστεῖν ἢ σκιαγραφίαις προσέχειν. διὰ τὸ ἀσεβῆσαι δὲ Σολομῶντα λαμβάνει Ἱεροβοὰμ τὰς δέκα φυλάς. Ῥοβοὰμ δὲ τῷ υἱῷ Σολομῶντος καταλιμπάνονται φυλαὶ δύο, ἡ

4 ὁ] ὧν?

ac potentes, quorum princeps fuit Asaelus. ceterum rhomphaea (quod nomen hic usurpatum aliquoties est) non lanceam, ut quidam putant, sed gladium significat. quomodo etiam Davidus ad Goliam "tu" inquit "contra me venis gladio" (est in Graeco rhomphaea) "hastaque et clypeo fretus: ego autem te aggredior ductu domini dei exercituum." Davidus finem vitae fecit annos natus 70, cum in Iudam regnum obtinuisset 7 annos ac semis, 32 ac semissem in totum populum. regnum adeptus est anno aetatis trigesimo.

Solomon etiam, antequam templum exstruxisset, in summitatibus adolevit altaria, cumque eo universus populus.

Maxima autem delicta sua a condito templo commisit, quod solium regium sibi fecit eburneum, in cuius postica parte excisi ab utraque solii parte exstabant duo vituli anterioribus sui partibus et duo tales leones. fecit et gradus sex, quibus altitudo solii augeretur, inque quovis gradu itidem leones exsculptos. ita duodecim leones in gradibus, pone solium duo fuerunt, in summa. atque hac ipsa etiam in re eum peccasse legemque a deo Mosi ac populo datam violasse Iosephus asserit. neque enim permissum fuisse ut pascendorum oculorum causa animalia fingerent aut picturis studerent. sane propter Solomonis impie facta Ieroboamus in decem tribus nactus est regnum, duabus duntaxat Roboamo

τοῦ Ἰούδα καὶ ἡ τοῦ Βενιαμίν· ἡ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ κληρουχίᾳ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς κεῖται, καὶ διὰ τοῦτο συνήφθη τῇ φυλῇ Ἰούδα.

Ὅτι τὰ πρῶτα παραπτώματα ἱστορεῖ ἡ γραφὴ Σολομῶντος καὶ τὰ κατορθώματα, ἀλλ' οὐχ ὡς παραπτώματα, ἐπεὶ φαίνεται καὶ πρὸ τῆς κτίσεως τοῦ ναοῦ καὶ μετὰ τὴν κτίσιν, ἔτι νέος ὤν, ἐν τοῖς ὑψηλοῖς θύων καὶ θυμιῶν καὶ γυναῖκας ἀλλοφύλους ἔχων παρανόμως. τέως δὲ ἐν πρώτοις ἡ ἱστορία τῆς γραφῆς οὐκ ἐγκα- B λεῖ αὐτῷ, οὐχ ὡς μὴ πράξαντος κακῶς τὰ πράγματα διηγουμένη. καὶ αὖθις οὐ πάντα τὰ ἐν τῷ ναῷ εὐαγῶς ἔπλασεν.

Ὅτι δὶς ὤφθη ὁ θεὸς τῷ Σολομῶντι, κατ' ἐπίτασιν ἀσφαλιζόμενος αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν παρανόμων. ὁ δὲ Ἰώσηπος καὶ διὰ τοῦτο ἀκλεῶς τεθνάναι αὐτὸν λέγει, διὰ τὸ καὶ λέοντας καὶ βόας μετὰ τῶν λοιπῶν ἀνομημάτων εἰς ὑψηλὴν θεωρίαν ἀναπλάσαι αὐτόν. ὁ γὰρ θεὸς οὐδὲ ὄψεως ἕνεκεν καὶ θεωρίας παραχωρεῖ ταῦτα διὰ τοῦ νόμου γίνεσθαι.

Ὅτι Ἀθίας ὁ Σιλωνίτης προφήτης ὤν, συναντήσας Ἱερο- C βοὰμ τῷ δούλῳ Σολομῶντος, ὃ ἐφόρει καινὸν ἱμάτιον διαρρήξας εἰς φάρση δώδεκα δέδωκεν αὐτῷ δέκα ῥήγματα, εἰπών "σοὶ δίδωσιν ὁ θεὸς τὰς δέκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὰς ἀνομίας Σολομῶντος· ὅμως μετὰ θάνατον αὐτοῦ λήψῃ αὐτάς."

Solomonis F. relictis, Iudaica et Beniaminea. nam Hierosolyma in dicione Beniamineae tribus sita sunt, ideoque ea tribus Iudaicae annexa.

Prima Solomonis delicta sacrae literae commemorant, sicut et praeclara eius facta, quanquam haec minus. quod ad delicta attinet, apparet eum et ante et post aedificatum templum in excelsis locis sacrificasse et aras adolevisse. habuit et alienigenas uxores, lege vetante. tantisper tamen eum scriptura non culpat, non quidem in hunc finem facta eius referens, quasi ea vitio carerent. rursus quae in templi adornatione non omnia pie effinxit.

Bis Solomoni deus apparuit, ut eo intentius eum confirmaret ac ab impiis factis abstinendum esse admoneret. Iosephus autem propterea quoque eum ingloria morte sublatum perhibet, quod praeter cetera peccata leones quoque et boves in sublimi loco conspiciendos effinxerit. divina enim lege sancitum est ne tale quid vel visus et conspiciendi gratia fiat.

Achias Silonites vates Ieroboamo obviam factus, servo Solomonis, novam qua indutus erat vestem in duodecim frusta discerpsit, deque his ei decem dedit, ita fatus "propter peccata Solomonis deus tibi dat decem tribus Israelici populi; quas tamen non nisi mortuo Solomone obtinebis."

Ὅτι Σολομῶν ἐζήτησε τὸν Ἱεροβοὰμ ἀποκτεῖναι ὑπονοήσας αὐτόν. ὁ δὲ γνοὺς ἀνεχώρησε πρὸς Σουσακεὶμ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ κυρίου αὐτοῦ Σολομῶντος. ἔλαβε δὲ τὴν θυγατέρα Σουσακεὶμ ἑαυτῷ γυναῖκα.

D Ὅτι ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς τέσσαρας εἶχε περιβόλους, καὶ εἰς μὲν τὸν ἐξωτάτω εἰσελθεῖν ἐπετέτραπτο πᾶσι καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις, γυναιξὶ δὲ ἐμμηνίοις μόναις ἀπείρητο παριέναι. εἰς δὲ τὸν δεύτερον Ἰουδαῖοι πάντες εἰσῄεσαν, καὶ αἱ τούτων γυναῖκες καθαραὶ ἀπὸ παντὸς μιάσματος. εἰς δὲ τὸν τρίτον οἱ ἄρρενες τῶν Ἰουδαίων, εἰς δὲ τὸν τέταρτον οἱ ἱερεῖς μόνοι. εἰς δὲ τὸν ναὸν καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν οἱ ἄμωμοι ἱερεῖς, στολὰς ἱερατικὰς ἐνδεδυμένοι. εἰς δὲ τὸ ἄδυτον ὁ ἀρχιερεὺς μόνος, τὴν οἰκείαν στολὴν περιβεβλημένος, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Ὅτι ἐν γήρᾳ αὐτοῦ Σολομῶν ἐξώκειλεν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, τῶν γυναικῶν αὐτοῦ εἴδωλα ἀνατιθουσῶν· ὁ γὰρ ἑτέρων ἀνατιθέντων
P 67 ἐφιεὶς αὐτὸς ἱδρύεται δυνάμει. καὶ διὰ τοῦτο ἐδόθη αὐτῷ Σατὰν ὁ Ἄδερ.

Ὅτι Ἱεροβοὰμ δοῦλος ἦν Σολομῶντος, υἱὸς γυναικὸς πόρνης, ἐβασίλευσε δὲ τοῦ Ἰσραὴλ ἐν Σαμαρείᾳ. καὶ συμβαλὼν πόλεμον τῷ Ἀβίᾳ ἡττήθη, καὶ ἔπεσον τοῦ Ἰσραὴλ χιλιάδες φ'.

Ὅτι ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Γοθολίας Ἰηοῦ ἀνεῖλε τὸν Ἰορὰμ καὶ τὸν Ὀχοζίαν καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀχαὰβ καὶ τὴν Ἰεζάβελ.

Solomon Ieroboamum sibi suspectum interficere cogitavit. at is cognitis insidiis ad Susacimum Aegypti regem concessit, atque apud hunc commoratus est usque ad mortem domini sui Solomonis. sed et Susacimi filiam uxorem duxit.

Templum Hierosolymitanum quattuor habuit ambitus. in extremum intrare omnibus etiam alienigenis permissum fuit: solae menstruo laborantes mulieres arcebantur. intra secundum omnes Iudaei intrabant, eorumque feminae pollutionis omnis purae. in tertium mares Iudaei. in quartum soli sacerdotes. in sacrarium et ad aram vitio carentes sacerdotes, stolis sacerdotalibus amicti. in adytum quotannis tantum solus summus pontifex ingrediebatur, suo vestitu ornatus.

Senecta aetate Solomon a deo exorbitavit, uxoribus eius simulacra consecrantibus. nam qui alteri potestatem consecrandi talia permittit, is quantum in ipso est, ea dedicat. ideoque ei Satanas Ader immissus est.

Ieroboamus Solomonis servus, filius meretricis, Samariae regiam habuit, rex populi Israelici. idem praelio congressus cum Abia succubuit, caesis Israelicorum quingentis milibus.

Tertio anno regni Gotholiae Iehus Ioramum et Ochoziam et Achabi filios et Iezabelam interfecit.

Ὅτι Ἄχαζ υἱὸς Ὀζίου, πατὴρ δὲ Ἐζεκίου, βασιλεὺς Ἰούδα, συνέκοψε τὰ συγκλείσματα τῶν μεχωνώθ. ἦσαν δὲ λέοντες καὶ B *βόες καὶ Χερουβίμ. ἔστι δὲ ὁ μεχωνὼθ λουτήρ. τοὺς βόας τοὺς χαλκοῦς τοὺς βαστάζοντας τὴν θάλασσαν τὴν χαλκῆν, οὓς παρανόμως ἀνεπλάσατο Σολομῶν. καὶ ἔθηκε τὴν θάλασσαν ἐπὶ βάσει λιθίνῃ. τὰ δὲ λοιπὰ ἐγράφησαν ἔμπροσθεν.*

Καὶ ἐκ τῶν Παραλειπομένων τινά. αἱ Παραλειπόμεναι τὰ λείποντα πολλάκις λέγουσι καὶ τὰ ὄντα παραλιμπάνουσι, πολλάκις δὲ καὶ ὅλην ἔννοιαν ἀλλοιοῦσιν. ἐν γὰρ τῷ λέγειν ὅτι Ἀσὰ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου ὡς Δαβὶδ καὶ Σολομῶν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἀλλοιοῖ τὸν νοῦν· τὰ γὰρ περὶ τοῦ Σολομῶντος πεφανέρωται. ἐπάταξε δὲ ἐν Ἰσραὴλ καὶ Ἱεροβοὰμ Ἀσὰ μετὰ φυλῆς Βενιαμὶν καὶ Ἰούδα πεντακοσίας χιλιάδας ἀνδρῶν πολεμιστῶν. καὶ οὐκέτι C *ἦρε κεφαλὴν κατὰ Ἰούδα Ἱεροβοὰμ υἱὸς Ναβάτ.*

Ὅτι ἀδελφαὶ Δαβὶδ Σαρουΐα καὶ Ἀβιγαία, καὶ τῇ μὲν Σαρουΐᾳ υἱοὶ Ἀβεσὰ καὶ Ἰωὰβ καὶ Ἀσσαήλ, τῇ δὲ Ἀβιγαίᾳ υἱὸς Ἀμεσά. οὗτος οὐκ ἔφθασε πρὸς τοὺς τρεῖς δυνάστας τοῦ Δαβίδ.

Ὅτι ὁ Ῥουβεὶμ πρωτότοκος ὢν ἐξέπεσε τῆς εὐλογίας καὶ τοῦ ἀριθμεῖσθαι ὡς πρωτότοκος, ἐπειδὴ ἀνέβη εἰς κοίτην πατρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἰακὼβ ὁ πατὴρ αὐτοῦ δέδωκε τῷ Ἰωσήφ, τὰ δὲ πρωτοτόκια δέδωκε τῷ Ἰούδᾳ.

Achasus Oziae F. Ezechiae pater, rex Iudae, Mechonothi caelaturas concidit: erant autem leones boves et Cherubimi. Mechonothum significat lavacrum: tum boves erant aenei, qui mare aeneum portabant, quos boves contra legem Solomon effinxerat. ac mare fundamento lapideo imposuit. reliqua post suo loco sequuntur. iam quaedam de Annalibus.

Annales Paralipomena Graece vocantur, quod pleramque omissa referant, tametsi et omittunt res gestas, et saepe prorsus diversam sententiam ponunt. quod enim in iis dicitur, Asam deo vitam suam probasse exemplo Davidi et Solomonis maiorum suorum, hoc quidem diversam sententiam habet, ut Solomonis gesta a nobis exposita ostendunt. ceterum Asa cum Iudaeis et Beniamineae tribus suppetiis adiutus, Israelici populi qui cum Ieroboamo erat quingenta milia bellatorum occidit. neque posthac contra Iudam caput suum Ieroboamus Nabati F. extulit.

Sorores Davidi fuerunt Servia et Abignea. Serviae filii fuerunt Abessas Ioabus et Asaelus. Abigneae filius fuit Amessas: is non pervenit ad dignitatem trium Davidi principum.

Rubenus primogenitus Iacobi sua excidit dignatione, quod thalamum patris incestasset. dedit autem Iacobus pater Iosepho et praerogativam primogeniturae dedit Iudae.

Ὅτι λέγει ἡ δευτέρα τῶν Παραλειπομένων μὴ εἶναι ἐν τῇ σκηνῇ εἰ μὴ τὰς πλάκας μόνον.

D Ὅτι Ἰωδαὲ ὁ ἀρχιερεὺς ὁ συνετός, τοῦ Δαβιδικοῦ σπέρματος ὀλλυμένου ὑπὸ Γοθολίας, κατέκρυψε τὸν ἔσχατον υἱὸν Ὀχοζίου τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τὸν Ἰωάς, ὃς καὶ ἐβασίλευσεν ἐπὶ Ἰούδα, ἐτῶν ὄντα ἑπτά, καὶ ἀπέκτεινε Γοθολίαν τὴν ἄνομον τὴν ἐκ γένους Ἀχαάβ. ζῇ δὲ ὁ αὐτὸς Ἰωδαὲ ἔτη ρλ', καὶ ἐτάφη ἐν τάφοις τῶν βασιλέων, διότι ἀνεκτήσατο τὸ Δαβιδικὸν γένος. βασιλεύει δὲ Γοθολία ἔτη ζ', καὶ κατακρύπτεται Ἰωὰς ὑπὸ Ἰωδαὲ μηνιαῖος.

Ὅτι οἱ πρεσβύτεροι τῶν ἀρχόντων Βαβυλῶνος ἦλθον πρὸς Ἐζεκίαν τοῦ πυθέσθαι περὶ τοῦ τέρατος τοῦ γεγονότος ἐν τῷ οὐρανῷ ἐν τῇ ἀναστροφῇ τοῦ ἡλίου. ὁ δὲ τοῦτο παραλιπὼν θησαυ-
P 68 ροὺς καὶ πλοῦτον καὶ βασιλείαν αὐτοῖς ὑπεδείκνυεν. ὠργίσθη δὲ κύριος ὁ θεός, καὶ ἠπείλησε τῷ Ἐζεκίᾳ· ὅμως μετήνεγκε τὴν ὀργὴν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτοῦ.

Ὅτι διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτοῦ Μανασσῆς αἰχμάλωτος γίνεται ὑπὸ Ἀσσύρ, καὶ ἐξομολογεῖται τῷ κυρίῳ ἐν μετανοίᾳ καρδίας αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέφει αὐτὸν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ἐποίει τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου.

Ὅτι ἐν τῇ διαθήκῃ Ἐζεκίου βασιλέως Ἰούδα λέγει Ἡσαΐας ὁ προφήτης κρατῆσαι τὸν Ἀντίχριστον ἔτη γ' καὶ μῆνας ἑπτά, γι-

6 ὢν? 11 πρέσβεις *forte*, margo P

Secundus Annalium liber habet in tabernaculo nihil fuisse praeter tabulas.

Iodaes pontifex maximus sapiens, cum Gotholia stirpem Davidicam omnem excinderet, suffuratus est Ioasum, minimum natu filium Ochoziae, filii Gotholiae. is Ioasus annos natus septem regnum in Iudaeos obtinuit, interfecitque Gotholiam impiam, Achabo prognatam. vixit Iodaes annos 130, et sepultus est in regum sepulcris propter conservatam atque restitutam Davidicam progeniem. Gotholia septennium regnavit. Ioasum mensem natum Iodaes abscondit.

Legati principum Babylonis ad Ezechiam venerunt percontatum de miraculo, quod in caelo factum erat sole retro averso. Ezechias eo praeterito thesauros eis suos divitiasque et regnum demonstravit. succensuit deus, Ezechiaeque malum minatus est, quod tamen, habita virtutis eius ratione, ab ipso in posteros transtulit.

Manasses ob impietatem suam ab Assyrio rege captus, cum ex animo resipisceret ac peccata sua confiteretur, a deo in regnum restitutus est eiusque deinceps mandatis paruit.

In testamento Ezechiae regis Iudae, ait Esaias propheta, Antichristum triennium ac menses septem rerum potiturum, quae est summa die-

νόμενα ἡμέρας ασϙ'. καὶ μετὰ τὸ τὸν Ἀντίχριστον βληθῆναι ἐν τῷ Ταρτάρῳ ἐλθεῖν τὸν δεσπότην τῶν ὅλων, Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν, γενέσθαι δὲ καὶ ἀνάστασιν καὶ ἀνταπόδοσιν καλῶν τε καὶ B κακῶν. περὶ τῶν αὐτῶν δὲ καὶ ὁ προφήτης Δανιὴλ ἐν τῇ ὀπτασίᾳ λέγει ἑωρακέναι, καὶ φησὶν "εἶπον τῷ ἀνδρὶ τῷ ἐνδεδυμένῳ τὸ βαδδίν, ὃς ἦν ἐπάνω τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, ἕως πότε τὸ πέρας τῶν θαυμασίων ὧν εἴρηκας; καὶ ὕψωσε τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας ὅτι εἰς καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ. καὶ ἐγὼ ἤκουσα καὶ συνῆκα καὶ εἶπον 'καὶ τί τὰ ἔσχατα τούτου;' καὶ εἶπεν 'ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, καὶ δοθῆναι βδέλυγμα ἐρημώσεως ἡμέρας ασϙ'. καὶ μακάριος ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας ἡμέρας ατλε'."

Ὅτι ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀμὼς βασιλέως Ἰούδα τὰ περὶ τῆς C Νιναῒ προφητευθέντα κατὰ τοὺς χρόνους τούτους πέρας ἔσχεν. ἱστορεῖ δὲ Ἰώσηπος ἐν τῷ θ' τῆς ἀρχαιολογίας τὸν Ἰωνᾶν καταποθέντα ὑπὸ τοῦ κήτους μετὰ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐκβρασθῆναι ζῶντα ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ.

Ἀπὸ τοῦ γ' βιβλίου τῆς ἀρχαιολογίας Ἰωσήπου, ὅτι ἐάν τις ὑπονοήσῃ τῶν Ἑβραίων μεμοιχεῦσθαι αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κομίζει κριθῶν ἀλεύρου ἀσσάρωνα, καὶ μίαν αὐτῆς δράκα ἐπιβαλόντες τῷ θεῷ τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι διδόασιν εἰς τροφήν. τὴν δὲ γυναῖκα στήσας ὁ ἱερεὺς κατὰ τὰς πύλας πρὸς τὸν νεών, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς γυμνώσας, ἐπιγράφει τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν

rum 1290; tum eo in Tartarum abiecto venturum universi dominum Christum, deum nostrum; fore tum resurrectionem ac bene maleque factorum compensationem. de his ipsis Danielus quoque vates perhibet in visione sua (cap. 11. 12) his verbis: "dixi viro veste linea induto, qui super aquam fluvii stabat: quando erit finis mirabilium istorum quae narrasti? is manus suas ad caelum sustulit, iuravitque per eum qui sempiternum vivit, fore id post tempus, tempora, ac dimidium temporis. audivi ego et intellexi ac dixi: et quid erit extremum horum? respondit: a tempore immutati continui sacrificii piaculum abominabile vastitatis dabitur, per dies 1290, et felix qui perdurabit ac perveniet ad dies 1335."

Amoso Iudaeum regnum gerente, evenerunt quae de Ninive praedicta fuerant. narrat autem Iosephus libro antiquitatis Iudaicae nono, Ionam a ceto deglutitum post tres dies totidemque noctes vivum eiectum fuisse in Euxino mari.

De tertio libro eiusdem operis: si quis Ebraeus uxorem suam adulteratam suspicatur, is farinae hordeaceae assaronem ad sacerdotem affert; cuius unus pugillus in aram dei coniicitur, reliquum sacerdotibus datur ad victum. mulierem autem sacerdos constituit ad portam templi, nudato eius capite. tum nomen dei in membranam inscribit, iubetque

D διφθέρᾳ. κελεύει δὲ ὀμνύειν μηδὲν ἠδικηκέναι περὶ τὸν ἄνδρα. παραβᾶσαν δὲ τὸ σῶφρον, τοῦ δεξιοῦ σκέλους τὸ ἄρθρον ἔξαρθρον γενέσθαι, καὶ τὴν γαστέρα πρησθεῖσαν οὕτως ἀποθανεῖν. ἐὰν δὲ ὑπὸ πολλοῦ ἔρωτος καὶ τῆς τούτου ζηλοτυπίας προπετῶς ὁ ἀνὴρ διὰ τὴν ὑπόνοιαν εἴη κεκινημένος, μηνὶ δεκάτῳ γενέσθαι παιδίον ἄρρεν αὐτῇ. τῶν δὲ ὅρκων τελειωθέντων, τῆς διφθέρας ἀπαλείψας τοὔνομα, εἰς φιάλην ἐκπιέζει. προσκομίσας δὲ ἐκ τῆς τοῦ ἱεροῦ γῆς εἴ τι προστύχοι, καὶ καταπάσας, ἐκπιεῖν δίδωσιν. ἡ δὲ εἰ μὲν ἀδίκως ἐνεκλήθη, ἐγκύμων τε γίνεται καὶ τελεσφορεῖ- P 69 ται κατὰ τὴν γαστέρα. ψευσαμένη δὲ τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοῖς γάμοις καὶ τὸν θεὸν ἐπὶ τοῖς ὅρκοις μετ' αἰσχύνης καταστρέφει τὸν βίον, τοῦ τε σκέλους ἐκπεσόντος αὐτῆς καὶ τὴν κοιλίαν ὑδέρου καταλαβόντος.

Ἀπὸ βιβλίου τετάρτου τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἀπὸ ἀμυγδαλῆς οὔσης τῆς ῥάβδου Ἀαρὼν ἀμύγδαλα καὶ οἱ καρποὶ ὡράθησαν.

Ὅτι ὅσοι ἂν ἑαυτοὺς καθιερῶσιν εὐχὴν πεποιημένοι, Ναζιραῖοι οὗτοι καλοῦνται, κομῶντες καὶ οἶνον μὴ προσφερόμενοι. τούτους δέ, ὅταν τὰς τρίχας ἀφιερῶσιν ἐπὶ θυσίᾳ τε δρῶσι τὰς κουράς, νέμεσθαι πρὸς τοὺς ἱερέας. καὶ οἱ κορβὰν αὐτοὺς ὀνομάσαντες τῷ θεῷ (δῶρον δὲ τοῦτο σημαίνει) βουλόμενοι ἀφίεσθαι B τῆς λειτουργίας, τοῖς ἱερεῦσι καταβαλεῖν τὸ ἀργύριον, γυναικὸς μὲν τριάκοντα σίκλους, ἀνδρὸς δὲ πεντήκοντα.

Ὅτι Βαλαὰκ πεσὼν ἐπὶ στόμα τὰ πάθη προύλεγεν, ὅσα τε βασιλεῦσιν ἔσται καὶ ὅσα πόλεσι ταῖς ἀξιολογωτάταις, ὧν ἐνίαις

1 παρὰ P

mulierem iurare se fidem marito servasse, neque pudicitiam negligenter habuisse: si secus fecerit, imprecari sibi ut crus suum dextrum luxetur ventreque crepante moriatur. quodsi vir nimio amore ad hanc temerariam obtrectationem fuerit prolapsus, ipsa decimo post mense masculum pariat. iuramento peracto nomen dei a membrana delet, eamque in pateram exprimit, pulveremque templi, in quam forte incidit, inspergit, bibendumque mulieri exhibet. ea, siquidem insons est, foetum concipit ac suo tempore parit: quodsi viro fidem fefellit ac deo peieravit, turpi morte ea perit, crure excidente et ventre aqua intercute distento.

De quarto libro eiusdem: de arbore amygdalos proferre visa fuit virga Aaronis, itaque et amygdalos proferre visa fuit.

Qui voto concepto se ipsos deo consecrant, Naziraei appellantur; hique comam alunt et vino abstinent. hi cum comam tondent, sacrificio adhibito eam deo offerunt, sacerdotum operam. et qui se deo donum (Corban id Ebraice dicitur) nuncupant, ii si liberari officio velint, pecuniam sacerdotibus dependunt, mulier siclos 30, vir 50.

Balaacus in faciem pronum se sternens praedixit quae calamitates regibus et urbibus praecipuis, quarum quaedam tum ne habitari quidem

οὐδὲ οἰκεῖσθαί πως συνέβαινε τὴν ἀρχήν. ὑπέθετο δὲ καὶ τὸν τῶν Μαδιανιτῶν καὶ τὸν τῶν Μωαβιτίδων γυναικῶν δόλον.

Ἀπὸ βιβλίου ε' τοῦ αὐτοῦ, ὅτι οὐχ ὡς ἡ γραφὴ ἔχει, οὕτως ἐξηγεῖται Ἰώσηπος τὰ περὶ Σαμψών. ὅτι μὲν γὰρ ὄνου σιαγόνι χιλίους ἀπέκτεινε, λέγει, ὅτι δὲ ἐξ αὐτῆς ὕδωρ ἔβλυσεν, οὐ λέγει, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον τοῦ τόπου ἀνωνύμου ὄντος, ἐκ τοῦ συμβάντος ἐπικληθῆναι ὁ σιαγών. ἐξ αὐτοῦ δὲ πηγὴν ἀναδοθεῖσαν κατά τινος πέτρας, ἡδεῖαν καὶ πολλὴν πόσιν διδοῦσαν κορέσαι τὸν Σαμ- C ψών, καὶ οὕτω μέχρι τοῦ δεῦρο καλεῖσθαι τὸ χωρίον.

Βιβλίον ζ' τοῦ αὐτοῦ, ὅτι Δαβὶδ ἐκλαθόμενος τῶν Μωϋσέως ἐντολῶν, ὃς προεῖπεν, ἐὰν ἐξαριθμηθῇ τὸ πλῆθος, ὑπὲρ ἑκάστης κεφαλῆς αὐτῷ τῷ θεῷ τελέσειεν ἡμίσικλον, προσέταξεν Ἰωὰβ πορευθέντι πάντα τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο ἀπώλοντο χιλιάδες ἑβδομήκοντα τοῦ λαοῦ, ἕως οὗ θυσίας εἰρηνικὰς ἐπενέγκας Δαβὶδ κατεπράϋνε τὸ θεῖον. συνέβη δὲ ἐπ' ἐκεῖνον τὸν τόπον τελεσθῆναι τὰς θυσίας, ἐν ᾧ καὶ Ἀβραὰμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰσαὰκ ἀνήνεγκεν εἰς ὁλοκάρπωσιν.

Ὅτι τὰ περὶ τὸν ναὸν Δαβὶδ ἡτοίμασεν ἅπαντα, ἐκωλύθη D δὲ κτίσαι αὐτὸν διὰ τὸ μεμιάνθαι τῇ δεξιᾷ χειρὶ τῷ συχνοτέρῳ τῶν ἐχθρῶν φόνῳ. τρισχίλια δὲ τάλαντα χρυσίου κατέλιπεν εἰς τὴν τοῦ ναοῦ κτίσιν τῷ Σολομῶντι.

Ὅτι συνετάξατο Σολομῶν βιβλία περὶ ᾠδῶν καὶ μελῶν πεντακισχίλια, καὶ παραβολῶν καὶ εἰκόνων βίβλους τρισχιλίας· καθ'

contigit, essent eventurae. addidit et Madianitarum et Moabitidum mulierum dolum.

De quinto eiusdem libro: Samsonis historiam aliter narrat Iosephus quam sacrae literae. refert enim ab eo maxilla asini mille viros caesos: sed id non refert, ex ea aquam erupisse. sed locum ait, cum ante nomine careret, Maxillam ab eo facto appellatum, eoque loco ex saxo quodam fontem aquae copiosae ac dulcis exstitisse, unde sitim Samson restinxerit; loco nomen hodieque manere.

suum animas alias in alia corpora immigrare, prout quaeque meruit, easque statis quibusdam peractis circuitibus in hunc mundum redire, ut sibi suae voluntatis specimen exhibeant. esse quasdam animas cum Iove, quasdam cum aliis diis. fatum quoque esse, sed non omnia fato fieri. ac Plato quidem tres totius philosophiae partes complexus, quarum prima de rerum natura, secunda de moribus, tertia de disserendi est ratione, huiusmodi opiniones tenuit. nomen Platonis habuit a latitudine pectoris (est enim Platos Graecis latitudo) vel, ut aliis videtur, ab orationis latitudine. vixit annos octoginta duos.

Decimus Aristoteles. is cum audivisset Platonem, artem philosophandi constituit. disserendi rationem subtiliorem redegit, principia omnium rerum statuens substantiam et accidentia, quorum illa omnium esset subiectum, haec in novem classes distinguerentur. substantiam, ut verbi causa deus, homo, animal, in quibus nimirum accidentia considerantur, qualitas, ut album, nigrum; quantitas, ut bicubitum, tricubitale, duplum, dimidium, maius; relatio, ut pater, filius; ubi, ut Athenis, Megarae, domi, in foro; quando, ut heri, superiore anno, decima Olympiade; actio, ut scribere, secare, urere, atque omnino agere aliquid; passio, ut secari, uri, feriri; habitus, ut possidere, armatum esse; situs, ut decumbere, accumbere, sedere, accipere. in

κάθηται δέχεται. ὁ αὐτὸς Ἀριστοτέλης σχεδὸν τὰ πλεῖστα συμ-
P 161 φωνεῖ τῷ Πλάτωνι, πλὴν τοῦ περὶ ψυχῆς δόγματος. ἐπιδιαμένειν γάρ φησι, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὴν συναφανίζεσθαι τῷ πέμπτῳ σώματι· ὑποτίθεται γὰρ οὗτος καὶ πέμπτον σῶμα μετὰ τῶν ἄλλων σωμάτων τῶν τεσσάρων, οἷον πνεῦμα· τὴν γὰρ ψυχὴν ὅλου τοῦ κόσμου φησὶν ἀθάνατον εἶναι, καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ἀΐδιον, τὴν δὲ καθ᾽ ἕκαστον, ὡς προείπομεν, ἀφανίζεσθαι.

Ὅτι ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Ὤχου ἦν ὁ Ἀριστοτέλης, ἐτελεύτησε δὲ βιώσας ἔτη ο΄. ἐκλήθησαν δὲ οἱ μὲν ἀπὸ Ζήνωνος ἀπὸ τῆς ποικίλης στοᾶς Στωϊκοί, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου Περιπατητικοί· περιπατοῦντες γὰρ ἐν τῷ Λυκείῳ ἐποιοῦντο τὰς ζητήσεις.

B Ἑνδεκάτη αἵρεσις τῶν Στωϊκῶν. καὶ οὗτοι ὑπέθεντο ἀρχὴν μὲν τῶν πάντων θεόν, καὶ τὸ καθ᾽ εἱμαρμένην τὰ πάντα διεβεβαιώσαντο. τὴν σελήνην λέγουσιν ἀθάνατον εἶναι. σῶμα δὲ λέγουσι γενέσθαι ἐκ τῆς περιψύξεως τοῦ ἀέρος τοῦ περιέχοντος· διὸ καὶ ψυχὴν αὐτὴν καλοῦσιν. ὁμολογοῦσι καὶ μετενσωμάτωσιν, ὡρισμένων οὐσῶν τῶν ψυχῶν.

Δωδέκατος Ἐπίκουρος. οὗτος σχεδὸν ἐναντίαν πᾶσιν δόξαν ἔθετο. ἀρχὰς μὲν τῶν ὅλων ὑπέθετο ἀτόμους καὶ κενόν, κενὸν μὲν οἷον τὸν τόπον τῶν ἐσομένων, ἀτόμους τὴν ὕλην ἐξ ἧς τὰ πάντα. ἐκ δὲ τῶν ἀτόμων συνελθουσῶν γενέσθαι καὶ τὸν θεὸν καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὡς μηδὲν μήτε γενέσθαι

plerisque omnibus Aristoteli cum Platone convenit, excepto de anima iudicio. manere enim eam post corpus sentit, ac postea cum quinto corpore aboleri. ponit enim hic, praeter quattuor corpora, quintum quoddam, velut spiritum. animam enim totius mundi ait esse immortalem, ipsumque mundum aeternum, singulorum autem animas, ut diximus, interire.

Vixit Aristoteles annos 70 et fuit tempore Artaxerxis Ochi. Zenonem secuti philosophi a porticu, quae ob picturae varietatem stoa Poecile Graecis dicitur, Stoici nominantur. Aristotelei autem Peripatetici a deambulando, quod Graece peripatein dicitur: obambulantes enim in Lyceo disputabant.

Undecima philosophorum secta Stoici. hi quoque deum principium omnium rerum statuerunt, contenderuntque omnia fato fieri. lunam dicunt esse immortalem, corpus eius natum esse ex aëris circumdati refrigeratione. unde et Psychen, id est animam, eam appellant, cum psychos Graece frigus significet. numerum animarum definitum statuunt, easque de corporibus in corpora migrare.

Duodecimus est Epicurus. is fere omnia his contraria censuit. principia rerum posuit atomos ac inane, hoc ut locum rebus natis recipiendis, atomos ut omnium materiam. earum atomorum congressu et deum et elementa et quae in iis sunt omnia exstitisse; neque quicquam

μήτε ἑστάναι εἰ μὴ ἐκ τῶν ἀτόμων ἦν. ἀτόμους δὲ λέγουσι τὸ C λεπτομερέστερον, καὶ μεθ' ὧν οὐκ ἂν γένοιτο κέντρον ἢ σημεῖον οὐδέν, οὐδὲ διαίρεσις οὐδεμία. τὸν δὲ θεὸν ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον ὄντα μηδ' ὅλως τινὸς προνοεῖν. καὶ ὅλως πρόνοια, φησίν, οὐκ ἔστιν, οὐδὲ εἱμαρμένη, ἀλλ' αὐτοματισμῷ πάντα γίνεσθαι. τὸ δὲ οἰκητήριον τοῦ θεοῦ ἔξω τοῦ κόσμου εἶναι λέγει, ἐν τοῖς μετακοσμίοις οὕτω καλουμένοις τόποις· ἡσυχάζων γὰρ ἥδεται ἐν τῇ ἀκροτάτῃ εὐφροσύνῃ, καὶ οὔτε αὐτὸς βούλεται πράγματα ἔχειν οὔτε ἄλλῳ παρέχειν. τέλος δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν τὴν ἡδονὴν εἶναί φησιν, εἴτε τὴν κατὰ τὰς θνητὰς ἐπιθυμίας εἴτε τὴν κατ' ἀρετήν. αἷμα δὲ καὶ τὰς ψυχὰς εἶναι, καὶ συνδιαλύεσθαι τοῖς σώμασιν ὥσπερ καὶ συγγεννῶνται. κρίσιν φησὶ μὴ εἶναι D μήτε δικαστήρια, ἀλλ' ἀνευθύνους εἶναι παντελῶς τοὺς τὰ ἄθεσμα δράσαντας.

Τρισκαιδέκατος Σέξτοι καὶ Πύρρωνες, ὁ μὲν μὴ εἶναι πάντῃ γνωστὸν καὶ καταληπτὸν ὁ Σέξτος δογματίζων, ἐπέχων καὶ ἐνιστάμενος· οὗτος καὶ πρὸς πᾶσαν ἀντεῖπε τέχνην καὶ ἐπιστήμην. ὁ δὲ Πύρρων φιλόσοφος ὢν ἐφεκτικὸς ἐκαλεῖτο, ἐνιστάμενος κατὰ τοῦ ἐξεναντίας, φιλοσόφου καὶ τούτου ὄντος. οὗτος πάντα γνωστὰ καὶ καταληπτὰ ἔφασκεν εἶναι, καὶ οὕτω τὰ ἀλλήλων λογο- P 162 μαχοῦντες ἀνῄρουν.

Ἀκαδημαϊκοὶ καὶ Πυρρώνειοι ἄλλη αἵρεσις φιλοσόφων. ἐκλήθησαν δὲ Ἀκαδημαϊκοὶ διὰ τὸ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τὰς διατριβὰς

aut ortum aut constare nisi ex atomis. ita vocant tenuissima corpuscula, quae centro aut puncto nullo dividi possunt. deum immortalem nullius omnino rei curam gerere; neque esse aut providentiam ullam aut fatum aliquod, sed omnia fortuito evenire. habitationem deo assignat extra mundum, in iis quae ipse vocat intermundiis: ibi eum otiosum summa in voluptate agere, neque eum aut negotia habere velle aut aliis facessere. finem bonorum, ac in quem sapientes tendant, voluptatem esse, sive eam quae mortales sequitur cupiditates, sive eam quae virtutibus comitatur. animas esse sanguinem, et cum corporibus ut nasci sic etiam interire. nullum iudicium exspectandum aut tribunal metuendum, sed impunes prorsus futuros qui flagitiose vixerint.

Decimus tertius Sextus et Pyrrho. Sextus quicquam cognosci aut percipi posse negavit, itaque sustinendam assensionem, et resistendum ei; idemque contra omnes artes atque scientias disputavit. Pyrrho autem philosophus ephecticus appellabatur, quod assensionem tolleret. disputabat enim contra alium philosophum, qui omnia cognosci ac comprehendi posse contendebat. sic illi verbis altercantes, alter alterius refellebant opinionem.

Est ergo Academicorum et Pyrrhoniorum philosophorum peculiaris secta, et Academici vocabantur, quod in Academia commorabantur.

αὐτοὺς ποιεῖσθαι. ὧν ἄρξας ὁ Πύρρων, ἀφ' οὗ Πυρρώνειοι ἐπεκλήθησαν φιλόσοφοι, τὴν ἀκαταληψίαν ἁπάντων πρῶτος εἰσήγαγεν, ὡς ἐπιχειρεῖν μὲν εἰς ἑκάτερα, μὴ μέντοι ἀποφαίνεσθαι μηδέν· οὐδὲν γὰρ εἶναι ἔλεγεν οὔτε νοητὸν οὔτε αἰσθητὸν ἀληθές, ἀλλὰ δοκεῖν τοῖς ἀνθρώποις οὕτως ἔχειν.

Οὗτοι μὲν οὖν πάντες ἐπὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεώς τε καὶ γενέσεως ταύτης, καθὼς ἐξεθέμεθα, ἐξεῖπον τῇ αὐτῶν δόξῃ, B κάτω δὲ τοῦ θείου πάντες χωρήσαντες περὶ τῶν γινομένων οὐσίαν ἠσχολήθησαν, τὰ μεγέθη τῆς κτίσεως καταπλαγέντες καὶ αὐτὰ τὸ θεῖον εἶναι νομίσαντες, ἕτερος ἕτερον μέρος τῆς κτίσεως προκρίναντες, τὸν τούτων θεὸν καὶ δημιουργὸν οὐκ ἐπέγνωσαν. ἡμεῖς δὲ τῶν ἐφεξῆς ἱστοριῶν πάλιν τὴν τάξιν ἀναλαβόντες τοῦ λόγου ἐχώμεθα.

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη τεσσαράκοντα (ἐπὶ τούτου Ἐπίκουρος ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο) μετὰ Δαρεῖον Ἀρσάμου, ὃν διὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖς παρελίπομεν, βασιλεύσαντα ἔτη ϛ'· ὃν καὶ ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρος, καταλύσας τὴν βασιλείαν Περσῶν διαρκέσασαν ἔτη σμ'. αὐτὸς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος C πάσης γῆς σχεδὸν κυριεύσας ἐν Βαβυλῶνι τελευτᾷ. διαιροῦνται δὲ τὴν βασιλείαν οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ βασιλεύουσι Πτολεμαῖος μὲν ὁ Λάγου Αἰγύπτου καὶ καθεξῆς Πτολεμαῖοι ιγ' ἕως Κλεοπάτρας θυγατρὸς Διονυσίου, τῆς δὲ Ἀσίας πάσης Ἀντίγονος ἐκράτει, τῆς δὲ Ἀσσυρίας καὶ Βαβυλῶνος καὶ Παλαιστίνης

princeps eorum Pyrrho, a quo Pyrrhonii dicti sunt, nihil percipi posse affirmavit; iussitque in utramque partem disputare, de neutra quicquam pronuntiare: nihil enim vere neque animo neque sensu percipi, videri tantum hominibus ita habere.

Hi ergo omnes de universi natura et ortu ea senserunt ac tradiderunt quae rettulimus; infraque dei cognitionem subsistentes, in rerum caducarum natura studium occupaverunt cognoscenda, ad magnitudinem rerum creatarum stupentes, easque pro numine ipso amplexi. ita alius aliam creaturae partem praeferentes, deum horum opificem non agnoverunt. nos autem deinceps sequentes historias persequi aggrediemur.

Ptolemaeus ergo Lagi filius Aegypti regnum annos 40 gessit (eius aetate Epicurus philosophus innotuit) post Darium Arsamis filium quem Romanorum regum causa referendorum omisimus, regno functum annos 6. quo interfecto Alexander Persicum regnum abolevit, tractum per annos 240. Alexander totius prope orbis terrarum imperium adeptus Babylone mortuus, regnum eius inter proceres divisum est. Ptolemaeus Lagi filius Aegypti regnum obtinuit; ac post eum Ptolemaei alii 13 usque ad Cleopatram Dionysii filiam. Asiam universam Antigonus occupavit. Assyriae Babylonis et Palaestinae regno potitus est Seleucus Nicanor;

Σέλευκος ἐκράτει ὁ Νικάνωρ. μετὰ δὲ Σέλευκον ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἄλλοι ιε΄. εἶτα ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανής, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτορος· ὑφ' οὗ γέγονεν ἡ δευτέρα ἅλωσις Ἱερουσαλήμ, καὶ τὰ Μακκαβαίων ἐπράχθη, καὶ τὸ ἱερὸν ἐμολύνθη κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόρρησιν. ἐπὶ γὰρ τῶν ἡμερῶν τούτων ἐπληθύνθη ἐν τῇ γῇ τὰ κακά, ἀφ' ὧν ἐξῆλθε ῥίζα ἁμαρτωλὸς Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανής, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτο- D ρος, ὃς ὑπάρχων δεινὸς ἀνὴρ καὶ πλεονέκτης, καὶ πολλὰς ἁρπαγὰς καὶ λεηλασίας ποιήσας, συνήγαγεν ἀργύριον καὶ χρυσίον ποθητόν, καὶ ἐκ πολλῆς οἰστρηλασίας καὶ ἀκολασίας εἰς τοὺς μίμους καθεὶς ἑαυτὸν ἐν ὄψει πάντων ἀναιδῶς ταῖς γυναιξὶν ἐπεμαίνετο. ὃς κατὰ πρόσωπον τῆς βασιλείας χωρούσης, ἠβουλήθη μίαν βασιλείαν ποιῆσαι τήν τε Ἀντιόχειαν καὶ τὴν Αἴγυπτον. καὶ δὴ τὴν Αἴγυπτον καταλαβὼν ἐν ὄχλῳ βαρεῖ καὶ ἐν ἅρμασι καὶ ἐλέφασι καὶ στόλῳ μεγάλῳ, συνάπτει πόλεμον πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα Αἰγύπτου· ὃν καὶ τρέψας κατεκράτησε τὰς ἐν Αἰγύπτῳ πόλεις, καὶ πάσας ἐσκύλευσε.

Τῆς δὲ ἁγίας πόλεως κατοικουμένης μετὰ πάσης εἰρήνης διὰ P 163 τὴν τοῦ ἀρχιερέως Ὀνίου μισοπονηρίαν τε καὶ εὐσέβειαν, συνέβη καθ' ὅλην τὴν πόλιν σχεδὸν ἐφ' ἡμέραις μ΄ φαίνεσθαι διὰ τοῦ ἀέρος ἱππεῖς τρέχοντας ἐνόπλους, διαχρύσους στολὰς ἔχοντας, καὶ προσβολὰς ἑκατέρων γινομένας καὶ ὅπλων κινήσεις καὶ χρυσέων κόσμων ἐκλάμψεις παντοίοις εἴδεσιν ἀμφιάσεων τεθωρακισμένους. διὸ πάντες ἠξίουν ἐπ' ἀγαθῷ γενέσθαι τὴν ἐπιφάνειαν. ἥτις καὶ

cui successit Antiochus filius, et deinceps alii 15 usque ad Antiochum Epiphanem, Seleuci Philopatoris filium. hoc regnante Hierosolyma denuo capta et res Maccabaeorum gestae templumque, uti praedixerat Danielus, pollutum est. ea enim tempestate impleta est terra calamitatibus, postquam radix peccatorum Antiochus Epiphanes Seleuci Philopatoris filius prodiit. is Antiochus acer homo et cupidus, multis rapinis ac depraedationibus usus, argenti aurique magnas opes coegit, ac vesania intemperantiaque eo prolapsus est ut inter mimos in conspectu omnium impudenter suae in mulieres libidini obsequeretur. idem regno prospere eunte statuit suo regno Aegyptum adiicere. itaque in Aegyptum cum magno exercitu, curribus elephantis ac classe magna profectus, bellum Ptolemaeo regi Aegypti intulit, eoque pulso urbes Aegypti omnes cepit ac depraedatus est.

Eo tempore cum sacra urbs Hierosolyma alta in pace incoleretur Oniae summi pontificis pietate ac in malos severitate, per 40 fere dies per totam urbem in aëre visi sunt equi auratis armis tecti aciesque adversae inter se confligentes, utrinque motus armorum, omnisque generis aureorum thoracum atque integumentorum fulgor. quod ostentum uti bene verteret, omnes optaverunt: illud vero infelicem Antiochi adven-

προεδήλου τὴν πονηρὰν ἔφοδον Ἀντιόχου· ἀναζεύξας γὰρ μετὰ νίκης πολλῆς καὶ τεθηριωμένος τὴν ψυχὴν παρέλαβε τὴν πόλιν δορυάλωτον, εἶτα προστάξαντος τοὺς στρατιώτας ἀφειδῶς κόπτειν B τοὺς παρατυγχάνοντας ἀνῃρέθησαν χιλιάδες ρπʹ. κατατολμήσας οὖν καὶ εἰς τὸ ἁγίασμα εἰσελθὼν ἐν ὑπερηφανίᾳ πολλῇ, καὶ στήσας βωμὸν καὶ εἴδωλον βδέλυγμα ἐρημώσεως, καὶ τὸν ναὸν μιάνας δι' ἀκαθάρτων θυσιῶν, ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου προσαγορεύσας, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου καθίσας, ἐκέλευσε τοῖς δορυφόροις ἕνα ἕκαστον Ἑβραῖον καὶ κρεῶν χοιρείων καὶ εἰδωλοθύτων ἀπογεύεσθαι ἀναγκάζειν, εἰ δέ τινες μὴ θέλοιεν, τούτους ἀναιρεῖσθαι. πολλῶν δὲ συναρπασθέντων, ἐξ ὧν Ἐλεάζαρ τις τῶν πρωτευόντων γραμματέων, ἤδη προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, ἠναγκάζετο μια- C ροφαγῆσαι· ὁ δὲ τὸν μετ' εὐκλείας θάνατον μᾶλλον ἢ τὸν μετὰ μύσους βίον ἀναδεξάμενος αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσήγετο, καὶ οὕτω μετὰ πολλῶν πρότερον αἰκισμῶν καὶ μαστίγων ὑπαλλάξας τὸν βίον οὐ μόνον τοῖς νέοις ἀλλὰ καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ὑπόδειγμα γενναιότητος καὶ ἀρετῆς κατέλιπε. μεθ' ὃν καὶ ἄλλοι τινὲς ἑπτὰ ἀδελφοὶ μετὰ μητρὸς διαφόρως βασανισθέντες τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἐνδόξως ἀνεδήσαντο. ὑφ' ὧν ὁ τύραννος καταισχυνθεὶς καὶ μᾶλλον ἐκμανείς, τὰ ἱερὰ πάντα σκεύη λαβών, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἄπειρον, καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν λαφυραγωγήσας καὶ τὰ κτήνη κρεουργήσας καὶ πολλὴν D φονοκτονίαν ποιήσας καὶ μεγαλορρημονήσας ἀνεχώρησεν εἰς Ἀν-

tum designabat. revertens enim ex Aegypto Antiochus, insigni victoria elatus efferatoque animo Hierosolyma adortus, vi expugnavit; militibusque imperavit ut iugularent in quoscunque incidissent, neque cuiquam parcerent. ita 180 milia Iudaeorum caesi sunt. ceterum eo temeritatis progressus est Antiochus, ut etiam in sacrarium superbissime intraverit, aramque ibi et simulacrum statuerit, abominandum vastitatis signum; templumque impuris profanatum sacrificiis aedem Iovis Olympii denominaverit. sedens porro in sublimi loco satellites iussit ut Ebraeos singulatim ad carnes suillas ac sacrificia simulacrorum gustanda adigerent, recusantesque interficerent. inter multos qui tum eius rei causa comprehendebantur, fuit etiam Eleazarus scribarum princeps, provecta iam aetate. is cum ad cibum nefarium urgeretur, mortem gloriosam vitae flagitio contaminatae praetulit, ac sponte sua in nervum sese abduci passus est; ubi multis prius ac foedis tortus cruciatibus, vitam finiit, non adolescentibus modo sed et natu maioribus mortem suam magnanimitatis ac fortitudinis relinquens exemplum. post eum alii septem fratres una cum matre varie excarnificati martyrii coronam gloriose rettulerunt. ab his tyrannus turpitudinis convictus maiore furore exarsit; sacrisque omnibus vasis abreptis aurique et argenti vi immensa, et urbem totam depopulatus, mactatis etiam pecudibus et caede hominum magna edita, iactabundus Antiochiam rediit. post biennium

τεύχειαν. καὶ μετὰ δύο ἔτη κατὰ Περσῶν ἐπιστρατεύσας ἀπέστειλεν ἄρχοντα φορολογῆσαι τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ, ὃς παραγενόμενος μετὰ πολλῆς δυνάμεως καὶ λαλήσας εἰρηνικοὺς λόγους μετὰ δόλου πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ εἰσελθὼν ἐπάταξεν αὐτὴν πληγῇ μεγάλῃ καὶ καθελὼν τὰ τείχη πᾶσαν ἐνέπρησε, καὶ τὸ μὲν ἱερὸν μιαρῶν θυσιῶν ἐνέπλησε, τοὺς δὲ μὴ προαιρουμένους τῶν Ἰουδαίων ἑλληνίσαι ἀφειδῶς κατέκτεινε. πολλοὺς οὖν ἀνελὼν ἀπῆλθεν, ἄρχοντα καταλιπὼν εἰς τὸ βασανίζειν τοὺς Ἰουδαίους. Ματθίας δέ τις ἱερεὺς ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀφ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος ἐτύγχανε, ζήλου πλησθεὶς καὶ ὁρμήσας κατὰ τοῦ ἄρχοντος [P 164] ἀνεῖλεν αὐτόν. καὶ συναγαγὼν ἅπαντας τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπέρχεται καὶ κατασκάπτει τοὺς ἀκαθάρτους βωμοὺς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τοὺς ἀποστάντας τοῦ νόμου ἀναιρεῖ. ὁ δέ γε Ἀντίοχος ἀκόσμως τε καὶ ἡττημένος ἐκ τῆς Περσίδος τὴν ὑποστροφὴν ποιούμενος, ἐκ πολλῆς ἀθυμίας ἀρρωστήσας ἔφη πρὸς τοὺς οἰκείους ἑαυτοῦ "ἀφίσταται ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ συμπέπτωκα ἀπὸ τῆς μερίμνης. νῦν οὖν μιμνήσκομαι τῶν κακῶν ὧν ἐποίησα ἐν Ἱερουσαλήμ. ἔγνων ὅτι χάριν τούτων εὗρον τὰ κακὰ ταῦτα, καὶ ἰδοὺ ἀπόλλυμαι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ." καὶ συνέταξε τὸν ἁρματηλάτην αὐτοῦ ἐλαύνειν ἀνενδότως, ἐπαισθανόμενος ἐναργῶς [B] τῆς ἄνωθεν κρίσεως τὴν τιμωρίαν. συνέσχε γὰρ αὐτὸν ἀνήκεστος ἀλγηδὼν τῶν σπλάγχνων· συνέβη δὲ πεσεῖν αὐτὸν καὶ ἀπὸ τοῦ ἅρματος ῥοίζῳ φερόμενον, καὶ δυσχερεῖ πτώματι περιπεσεῖν, καὶ πάντα τοῦ σώματος ἀποστρεβλοῦσθαι τὰ μέλη, ὥστε καὶ σκώλη-

expeditionem in Persas parans legatum misit, qui Hierosolymis tributum exigeret. is cum magnas adduxisset copias, astu pacata omnia loquens urbem intravit, inque ea crudeliter caede grassatus muros deiecit urbemque incendit; templum quoque impiis sacrificiis opplevit, et Iudaeos qui Graecis ritibus uti recusarent, promiscue occidit; abiitque relicto praefecto qui Iudaeos torqueret. at sacerdos quidam nomine Matthias, quinque filios habens, quorum unus fuit Iudas Maccabaeus, indignitate rei stimulatus in praefectum impetum fecit, eoque trucidato omnes suos congregavit, Graecorumque incestas aras subvertit, et eos qui a lege divina desciverant interemit. sed Antiochus turpiter ex Perside revertens, accepta clade, prae nimio moerore in morbum incidit, familiaribusque suis fassus est se insomnio torqueri ac solicitudine confici: nunc se recordari quae Hierosolymis maleficia exercuisset, et sentire propter ista in has se calamitates devenisse, inque alieno solo perire. simul aurigae suo mandavit ut citato cursu pergeret, perspicue animadvertens divinitus immissum supplicium. vexabatur insanabili intestinorum dolore. accidit autem ut de curru praeceps cum impetu deturbaretur, eoque casu afflicti omnia membra corporis excruciarentur, ac vermes

κας ἐκβρᾶσαι καὶ ἐν ὀδύναις μεγίσταις καταπίπτειν αὐτοῦ τὰς σάρκας. καὶ οὕτως αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν βίον ἐπὶ ξένης κατέστρεψε.

Μετὰ δὲ Ἀντίοχον ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ, υἱὸς αὐτοῦ, ἐφ' οὗ Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος τοὺς φρουράρχας Ἀντιόχου τροπωσάμενος ἐπελθεῖν. καθ' αὐτοῦ Ἀντίοχον παρε- C σκεύασε μετὰ χιλιάδων ἱππέων εἴκοσι καὶ πεζῶν χιλιάδων ἑκατὸν καὶ ἁρμάτων τριακοσίων καὶ ἐλεφάντων νε' γεγυμνασμένων πρὸς πόλεμον. ὃς καὶ διελὼν τοὺς ἐλέφαντας εἰς τὰς φάλαγγας παρέστησεν ἑκάστῳ ἐλέφαντι ἄνδρας χιλίους τεθωρακισμένους ἐν ἁλυσειδωτοῖς, καὶ περικεφαλαῖαι χαλκαῖ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἱππεῖς ἐκλεκτοὶ πεντακόσιοι διατεταγμένοι ἑκάστῳ θηρίῳ, καὶ πύργοι ξύλινοι ἐφ' ἑκάστῳ θηρίῳ διὰ μηχανῆς, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ ἄνδρες δυνάμεως ἔνοπλοι τριακονταδύο. ὡς δὲ κατέλαμπεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὰς χρυσᾶς ἀσπίδας καὶ τὰ ἅρματα, ἔστιλβε τὰ ὄρη ἀπ' αὐτῶν· ἦν γὰρ ἡ παρεμβολὴ μεγάλη καὶ ἰσχυρὰ λίαν. καὶ ὡς ἐπέ- D τεινεν ἡ μάχη, θεασάμενος Ἐλεάζαρ ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα πεπυρωμένους τοὺς ἐλέφαντας καὶ τοξότας ἐπ' αὐτῶν φερομένους, ἕνα δ' ἰδὼν ὑψηλότερον τῶν ἄλλων καὶ βασιλικοῖς θώραξι καθωπλισμένον, καὶ νομίσας ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὸν βασιλέα, ἐκπηδήσας τῆς παρατάξεως ἐμπλέκεται τῷ τῶν πολεμίων ἀθροίσματι, καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ὑπέδυ, καὶ πατάξας εἰς τὴν γαστέρα τὸν ἐλέφαντα ἐπικαθίσαι καὶ συντρῖψαι αὐτὸν τὸ θηρίον ἐποίησεν. ὅπερ Ἰούδας θεασάμενος καὶ κραταιότερον τὸν πόλεμον αἰσθόμενος εἰς Ἱερουσαλὴμ ἔφυγε.

quoque erumperent, gravissimisque doloribus carnes etiam deciderent. ita ille vitam in aliena terra cum turpissima morte commutavit.

Successit filius Antiochus Eupator. hic adversus Iudam Maccabaeum, quod is regia praesidia deiecisset, ingentem duxit exercitum, viginti milia equitum, pedites 100000, currus 300, elephantos ad bellum exercitatos 55. aciem ita instruxit ut divisis in phalanges elephantis cuivis 1000 viros loricis et cassidibus aereis armatos adiungeret ac 500 delectos equites: gestabat quivis elephantus turrim ligneam, inque ea armatos viros 32. cum solis radii in aurata scuta et currus incidissent, eorum reflexu montes splenduerunt. acre tum et magnum est commissum praelium. quod cum maxime ferveret, Eleazarus frater Iudae cernens ardere elephantos supraque eos sagittarios, unum eorum videns reliquis sublimiorem ac thoracibus regiis armatum, et suspicatus eo regem ferri, extra ordines sese proripuit, inque cuneum hostium sese immittens, multis circa elephantum occisis belluam subiit, ventremque eius feriit; quo ex vulnere bellua concidit, ipsumque ruina oppressit. Iudas cum hoc videret et pugnam sibi iniquam esse sentiret, Hierosolymam

καὶ ἐπιδιώξας Ἀντίοχος ἐπολιόρκει ταύτην. εἶτα λόγους εἰρηνικοὺς μεθ' ὅρκων ποιησαμένου, δέχεται αὐτὸν Ἰούδας ἔνδον τῆς πόλεως. ὁ δὲ εἰσελθὼν καὶ τὸν ὅρκον παρασπονδήσας καὶ τὸ τεῖχος τέλεον καταστρέψας καὶ τοὺς οἰκήτορας σκυλεύσας εἰς Ἀντιόχειαν ὑπέστρεψε. μετὰ δὲ ταῦτα Ἰούδας τρισὶν ἔτεσι τὴν P 165 θρησκείαν ὀλιγωρηθεῖσαν τὴν πάτριον ἀνεκτήσατο, καὶ πολέμους πολλοὺς ἐπιδειξάμενος καὶ τρόπαια μεγάλα στησάμενος καὶ τῆς χώρας ἅπαντας ἀπελάσας τοῦ Ἀντιόχου καὶ τὸν ναὸν ἐκκαθάρας γνώμῃ παντὸς τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀρχιερωσύνην παρέλαβε.

Τὰ δὲ Ῥωμαίων πράγματα διῳκεῖτο πρῴην ὑπὸ ὑπάτων ἐπὶ ἔτη τξδ' ἕως Ἰουλίου Καίσαρος τοῦ μὴ γεννηθέντος· τῆς γὰρ μητρὸς αὐτοῦ θανούσης ἐν τῷ θ' μηνί, ταύτην ἀνασχίσαντες ἐξέβαλον αὐτόν, ὅθεν καὶ λέγεται Καῖσαρ, ὅ ἐστιν ἀνατομή. ἀφ' οὗ Καίσαρες καὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖς προσηγορεύθησαν.

Τῷ δὲ εσια' ἔτει τοῦ κόσμου Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου B Πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος ἐβασίλευσεν ἔτη λη', ὃς καὶ τὴν μεταβολὴν τῶν θείων γραφῶν καὶ λοιπῶν Ἑλληνικῶν Χαλδαϊκῶν Αἰγυπτίων καὶ Ῥωμαϊκῶν εἰς δέκα μυριάδας ἀριθμουμένων βιβλίων, πασῶν τε ἀλλογλώσσων οὐσῶν, εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μετεποίησε διὰ τῶν ο' σοφωτάτων Ἑβραίων· ἃς καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθήκαις αὐτοῦ ἐναπέθετο. γέγονε δὲ ἡ μεταβολὴ πᾶσα τῶν Ἑβραϊκῶν βιβλίων ἐν ὅλαις ἡμέραις οβ'. ἐπὶ τῷ

8 τοῦ] τοὺς?

profugit. eum insecutus Antiochus urbem obsidione cinxit. post pace composita et dato iureiurando admissus in urbem ab Iuda, violato iuramento, muros prorsus deiecit, ac incolis spoliatis Antiochiam rediit. post haec triennio Iudas avitam religionem pene obsoletam instauravit, bella magna gessit, tropaeaque praeclara erexit, et Iudaea Antiochi ducibus omnibus profligatis temploque repurgato totius populi consensu pontifex maximus factus est.

Res Romana primum a consulibus administrata fuit per annos 364 usque ad Iulium Caesarem. hic quia non fuit natus, sed matre eius nono post conceptum foetum mense mortua eius utero dissecto extractus, ab ea incisione cognomen Caesaris habuit, quod ab eo in omnes Romanorum reges transiit.

Anno mundi 5211 regnum Alexandriae et Aegypti Ptolemaeus Philadelphus iniit, gessitque id annos 38. hic sacras literas, sed et reliquos Chaldaicos Aegyptiacos Romanos aliisque linguis scriptos libros, opera doctissimorum Ebraeorum in Graecum sermonem transcripsit, libros numero ad 100000; eosque in sua Alexandrina bibliotheca reposuit. Ebraicorum librorum translatio diebus omnino 72 absoluta est.

κάλλει τοίνυν τῶν θείων γραφῶν ἐκπλαγέντος τοῦ βασιλέως καὶ πάντων τῶν ἐν τέλει, παρόντος καὶ Μενεδήμου φιλοσόφου καὶ C Δημητρίου Φαληρέως ἠρώτα ὁ βασιλεὺς ὅτι πῶς τοιούτων ὄντων τῶν θείων λόγων, οὐδεὶς ἱστορικῶν ἢ ποιητῶν ἐμνήσθη αὐτῶν. καὶ ἀπεκρίθη ὁ Δημήτριος ὅτι οὐδείς ποτε ἐτόλμησε τούτων ἅψασθαι διὰ τὸ καὶ Θεόπομπον θελήσαντα ἱστορῆσαι περὶ αὐτῶν παραφροσύνῃ κρατηθῆναι καὶ ὄναρ ἰδεῖν, ὅτι διὰ τοῦτο αὐτῷ συνέβη περιεργασμένῳ τὰ θεῖα. καὶ Θεόδεκτον τὸν τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴν ἐν ἑνὶ δράματι μνησθέντα τῶν ἱερῶν βίβλων τούτων τυφλωθῆναι. ἑκατέρους δὲ ἀποσχομένους τοῦ τολμήματος καὶ τὸ θεῖον ἐξευμενισαμένους ὑγιεῖς γενέσθαι.

Πτολεμαῖος ὁ εὐεργέτης, ὁ φιλαδέλφου καὶ Ἀρσινόης, ἔτη κϛʹ. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ ὁ τὴν Σοφίαν συγγράψας παρ' Ἑβραίοις ἐγνωρίζετο.

D Πτολεμαῖος ὁ φιλοπάτωρ, ὁ τοῦ εὐεργέτου υἱός, ἐβασίλευσεν ἔτη ιζʹ. ἐπὶ τούτου ὁ λαὸς τῶν Ἑβραίων αἰχμάλωτος ἐν Αἰγύπτῳ ἀπαχθεὶς τοιοῦτόν τι ἔπαθεν. οὗτος προσέταξε τοῖς αὐτοῦ ὑπασπισταῖς ἐλέφαντας φʹ, οὓς εἶχε, ποτίσαι οἶνον λιβανωτόν, ὅπως ἅπαντας τοὺς Ἰουδαίους δι' αὐτῶν ἀπολέσῃ· εὐξαμένων δὲ ἐκείνων οἱ ἐλέφαντες εἰς τοὺς ἰδίους στρατιώτας καὶ δήμους ἐμπηδήσαντες πολὺν αὐτῶν ὄχλον ἐν τῇ περιεχούσῃ μανίᾳ κατέσφαξαν· καὶ οὕτω σωθέντες μετ' εὐχαριστίας ἀπελύθησαν εἰς τὰ ἴδια.

rex pulchritudine sacrae Scripturae stupefactus, proceribus praesentibus unaque Menedemo philosopho et Demetrio Phalereo, quaesivit quidnam esset causae quod sacrarum literarum, quarum tanta sit dignitas, nemo historicorum aut poetarum mentionem fecerit. respondit Demetrius neminem eas fuisse ausum attingere, quando Theopompus etiam scrutari eas aggressus mente captus fuerit, ac per insomnium monitus id sibi accidisse quod curiose sacras res inquirere conatus fuisset, et Theodectes tragoediarum scriptor in quadam fabula sacrorum librorum facta mentione excaecatus fuerit, uterque autem horum ab incepto desistens deum placaverit ac sanitati restitutus sit.

Ptolemaeus Euergetes, Philadelphi et Arsinoae filius regnavit annos 26. eo tempore Iesus Sirachi filius qui Sapientiam scripsit, apud Ebraeos celebris fuit.

Ptolemaeus Philopator Euergetae filius regnavit annos 17. sub hoc cum populus Iudaeus esset captivus in Aegyptum abductus, mira res evenit. mandavit rex satellitibus ut 500 elephantos vino libanotico inebriatos Iudaeis immitterent, itaque universos obtererent. sed Iudaeis deum precantibus elephanti in ipsos milites ac Aegyptios sese converterunt, magnamque per furorem multitudinem interfecerunt. ita Iudaei servati cum gratiarum actione in patriam dimissi abiverunt.

Πτολεμαῖος ὁ ἐπιφανής, ὁ τοῦ φιλοπάτορος υἱός, ἐβασί- P 166
λευσεν ἔτη κδ΄. Πτολεμαῖος ὁ φιλομήτωρ, ὁ τοῦ ἐπιφανοῦς υἱός, ἔτη λε΄. ἐπὶ τούτου Ἀντίοχος τοὺς Μακκαβαίους μὴ βουλομένους μιαροφαγεῖν ἐκόλαζεν. ἐπὶ τούτου ἱεράτευσεν Ἰούδας Ὑρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος. καὶ ἕως αὐτοῦ τοίνυν τοῦ Ὑρκανοῦ ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσραὴλ ἦν. καὶ λαμβάνει τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Ἡρώδης ὁ ἀλλόφυλος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ὃς καὶ πλησιάζει τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ. καὶ Ὑρκανῷ μὲν συνεμάχει τὸ δημοτικόν, Ἀριστοβούλῳ δὲ οἱ ἱερεῖς. ἦν δέ τις Ὀνίας ὀνόματι εὐσεβὴς καὶ δίκαιος, καὶ ἐκ τῶν ἱερέων, ὃς καὶ ἀνομβρίαν ἔλυσέ ποτε εὐξάμενος· τοῦτον ἠνάγκασεν εὔξασθαι περὶ νίκης. ὁ δὲ ηὔξατο λέγων "θεὲ B
κύριε δεσπότης, μήτε τῷ δήμῳ κατὰ τῶν ἱερέων σου μήτε τοῖς ἱερεῦσι κατὰ τοῦ δήμου βοηθήσῃς." τοῦτον δὲ εὐθέως οἱ ὠμοὶ καὶ ἀσεβεῖς ἐλίθασαν. καὶ παρευθὺς τῆς θείας δίκης τούτους μετελθούσης ἦλθε κατ' αὐτῶν Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς καὶ τὴν πόλιν ἐπόρθησε. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων δι' εὐσεβείας οὐδενὸς τῶν ἱερῶν σκευῶν ἥψατο, καίπερ πολλῶν χρημάτων ὄντων, ἀλλὰ καὶ ἀνακαθᾶραι τὸ ἱερὸν καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν προσέταξεν. ἔπεμψε δὲ Ἀριστόβουλος δῶρον Πομπηΐῳ ἄμπελον χρυσῆν διακοσίων ταλάντων.

Πτολεμαῖος ὁ δεύτερος εὐεργέτης ἔτη κθ΄. Πτολεμαῖος ὁ C
φύσκων δι' ὄγκον τοῦ σώματος ἐπικληθεὶς ἔτη ιζ΄ μῆνας ϛ΄. Πτολεμαῖος Ἀλεξᾶς ἔτη ι΄. Πτολεμαῖος ὁ δεύτερος σωτήρ, ὁ

Ptolemaeus Epiphanes, Philopatoris filius, regnavit annos viginti quattuor. huius filius Ptolemaeus Philometor triginta quinque. hoc regnante Antiochus Maccabaeos illicito cibo vesci recusantes suppliciis affecit. tunc sacerdotio functi sunt Iudas Hyrcanus et Aristobulus. usque ad hunc Hyrcanum regnum Israeliticum duravit. huius regnum a Romanis obtinuit Herodes alienigena, Christi adventui vicinus. Hyrcano favebat populus, Aristobulo sacerdotes. erat autem quidam Onias nomine inter sacerdotes, pius ac iustus, et qui aliquando pluviam precibus elicuerat. hunc coegerunt victoriam petere a deo. is ergo sic est precatus "domine deus, neque populo contra sacerdotes neque his contra populum auxilium fer." eum statim crudeles illi atque impii lapidibus obruerunt. insecuta est statim vindicta divina, venitque Romanorum imperator Pompeius, et urbem cepit: ingressusque in sacrarium intimum pietate ductus nihil sacrae supellectilis attigit, quamvis esset permulta ibi. quin et repurgari fanum et sacrificia peragi iussit. Aristobulus Pompeio dono misit vitem auream, 200 talenta appendentem.

Ptolemaeus Euergetes secundus regnavit annos viginti novem. Ptolemaeus, qui a tumiditate corporis Physcon est nominatus, 17 a. Ptolemaeus Alexas annos 10. Ptolemaeus Soter secundus, secundi Euer-

υἱὸς τοῦ δευτέρου εὐεργέτου, ἔτη κθ'. Κλεοπάτρα ἔτη η'. Πτο-
λεμαῖος ὁ νέος Διόνυσος ἐβασίλευσεν ἔτη λ'. Κλεοπάτρα ἡ τοῦ
νέου Διονύσου θυγάτηρ τελευτήσαντα διαδέχεται πατέρα, καὶ
συμβασιλεύει αὐτῇ Πτολεμαῖος ὁ ἀδελφός· τοῦτον διενεχθέντα
πρὸς αὐτὴν ἀνελοῦσα μόνη κατέσχε τὴν ἀρχήν, καὶ βασιλεύει
ἔτη κβ'. ὅτι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν χρόνων δ' μόνα ἔτη τῆς βασι-
λείας αὐτῆς δεῖ ἀριθμεῖν.

Τῆς Ἀσίας πρῶτος βασιλεὺς Ἀντίγονος γενόμενος Ἀντιγο-
D νίαν ἔκτισε τὴν πρὸς τῷ Ὀρόντῃ ποταμῷ. ταύτην Σέλευκος ἐπι-
κτίσας ὁ Ἀντιόχου πατὴρ Ἀντιόχειαν ὠνόμασεν· ἣ δέ ἐστιν ἡ με-
γάλη Ἀντιόχεια. οὗτος ὁ Σέλευκος καὶ Λαοδίκειαν ἔκτισε καὶ
Σελεύκειαν, Ἀπάμειαν, Ἔδεσαν, Βέρροιαν, Πέλλαν καὶ Βαβυ-
λῶνα παρεστήσατο. καὶ ἐν ταῖς νέαις πόλεσι Ἰουδαίους συνῴκι-
σεν Ἕλλησι.

Ὅτι ὁ διαφανὴς λεγόμενος Ἐρασίστρατος ἰατρὸς διέγνω Ἀν-
τίοχον τὸν Σελεύκου παῖδα δεινῶς νοσοῦντα διὰ τὸν πρὸς τὴν τοῦ
πατρὸς γαμετὴν ἔρωτα, θυγατέρα Δημητρίου· ὅθεν Σέλευκος τῷ
πάθει περιαλγήσας παραχωρεῖ τῷ παιδὶ Ἀντιόχῳ τῆς γαμετῆς.
οὗτος Ἀντίοχος ὁ λεγόμενος σωτὴρ ἔσχεν ἐκ τῆς θυγατρὸς Δημη-
P 167 τρίου, γαμετῆς δὲ Σελεύκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Στρατονίκης ἄρ-
σενα υἱὸν τὸν ἐπικληθέντα θεόν, ὃς καὶ ἐβασίλευσεν μετ' αὐτὸν
Συρίας καὶ Ἀσίας ἔτη ιε'.

Ἐν τῷ ͵εσπα' ἔτει τοῦ κόσμου Νικομήδης βασιλεὺς Βιθυ-
νῶν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τὴν Νικομήδειαν ἔκτισε, πρώην καλουμέ-

getis filius, annos 29, Cleopatra 8, Ptolemaeus iunior Dionysius 30. Cleopatra huius filia patri successit, collega regni fratre Ptolemaeo, quem illa oborto dissidio necavit, annosque 22 regnum tenuit. sed in temporum supputatione quattuor tantum anni regni huius Cleopatrae numerandi sunt.

Asiae regno primus Antigonus potitus Antigoniam urbem ad Orontem fluvium condidit. hanc Seleucus Antiochi pater refecit ac Antiocheam nominavit. haec est Antiochea magna. idem Seleucus condidit etiam Laodiceam Seleuciam Apameam Edessam Berroeam Pellam et Babylonem recepit, inque novis urbibus Iudaeos cum Graecis habitare iussit.

Erasistratus medicus, cognomine Diaphanes, deprehendit Antiochum Seleuci filium graviter aegrotare, quod novercam deperiret, Demetrii filiam. et Seleucus filii morbum aegerrime ferens ei uxorem suam concessit. is Antiochus Seleuci filius ex patris sui coniuge Stratonica, filia Demetrii, filium genuit cognomento deum, qui post ipsum Syriae et Asiae regnum annos 15 tenuit.

Anno mundi 5281 Nicomedes Bithyniae rex Nicomediam urbem de suo nomine condidit, quae ante Astacus fuit dicta. Antiochus Epipha-

νην Ἀσταχόν. Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανὴς βασιλεὺς Συρίας τὴν Ἱερουσαλὴμ πορθήσας καὶ τὸν ναὸν βεβηλώσας Διὸς Ὀλυμπίου βδέλυγμα ἐν αὐτῷ ἀνεστήλωσε κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν, ἤγουν τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως.

Ὅτι ρο' ἔτη ἐτελεσφόρουν Ῥωμαίοις Ἰουδαῖοι ἀπὸ Σελεύκου.

Ἰούλιος Καῖσαρ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς βασιλείας Κλεοπάτρας B ὑπὸ Ῥωμαίων ἀναρρηθεὶς ὕπατος, εἰς τὴν ἀνατολὴν σὺν πολλῇ ἀνελθὼν δυνάμει καὶ πολλοὺς τῶν αὐτόθι τροπωσάμενος καὶ ὑποφόρους καταστήσας, ἰδίους τῶν τόπων καθίστησιν ἐπιμελητάς. Ἀντίπατρον μὲν οὖν τὸν Ἀσκαλωνίτην Παλαιστίνης κατέστησε διοικητήν. υἱὸς δὲ ἦν Ἀντίπατρος Ἡρώδου τινός, τῶν ἐν νεωκόροις ἀριθμουμένων καὶ τῶν αὐτόθι τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων. παῖδα δὲ ὄντα ποτὲ τὸν Ἀντίπατρον λῃσταὶ ἀναρπάσαντες Ἰδουμαῖοι κατεῖχον, λύτρα ὑπὲρ αὐτοῦ κομιεῖσθαι ὑπειληφότες· τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ εἰς ἔσχατον πενίας ἐληλακότος ἔμεινε παρὰ τοῖς ἁρπάσασιν δουλεύων καὶ τοῖς ἐκείνων ἔθεσι τρεφόμενος.

Ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ Ἀντιπάτρου φαρμάκῳ βασκανίᾳ τῆς C πολλῆς εὐδαιμονίας ὑπὸ Βαλίχου τινὸς Ἰουδαίου, διαδέχονται οἱ παῖδες αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, Ἡρώδης καὶ Φασάϊλος. καὶ ὁ μὲν τὴν Ἰδουμαίαν καὶ τὴν Ἱεροσολύμων ἐκληρώσατο γῆν, τὴν δὲ Ἰουδαίαν καὶ Γαλιλαίαν ὁ Ἡρώδης. γνοὺς δὲ ὡς Ὑρκανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ βασιλεὺς τὸν τοῦ Δαβὶδ τάφον ἀνοίξας τρισχίλια ἔλαβε τάλαντα, ἤνοιξε καὶ αὐτός, καὶ χρήματα μὲν οὐχ εὗρε, κόσμον

nes rex Syriae, Hierosolymis captis ac populatis, templum profanavit, inque eo abominabile Iovis Olympii constituit simulacrum, quod Danieli vaticinio desolationis seu vastitatis abominabile signum dicitur.

Annos a Seleuco 170 Iudaei Romanorum fuerunt tributarii.

Iulius Caesar quarto anno regni Cleopatrae consul creatus cum magno exercitu in Orientem venit, multisque ibi victis et stipendiariis factis suos provinciarum constituit procuratores. ita Antipatrum Ascalonitam praefecit Palaestinae. fuit is filius cuiusdam Herodis, inter aedituos censi et eos qui ibi Apollinis fano inserviunt. atque hunc puerum quondam Idumaei praedones rapuerant, spe pro ipsius missione mercedis accipiendae: sed quia pater erat pauperrimus, Antipater apud ipsos servus remansit, ipsorumque moribus institutus est.

Cum Balichus quidam Iudaeus Antipatrum veneno sustulisset, tantam ei felicitatem invidens, filii Antipatri hereditatem regni adierunt, Herodes atque Phaselus, ea lege ut hic Idumaeam et Hierosolymicum sortiretur territorium, ille Iudaeam et Galilaeam. et Herodes cognito Hyrcanum, qui ante ipsum regno fuerat functus, Davidi sepulcro aperto tria talentorum milia abstulisse, ipse quoque sepulcrum id ape-

δὲ χρύσειον καὶ κειμήλια πολλὰ ἀνείλετο. πειραθέντος δὲ αὐτοῦ ἐνδοτέρω χωρεῖν, οὗ τὰ σώματα Δαβὶδ καὶ Σολομῶντος ἐτέθησαν, πῦρ ἐξελθὸν δύο τῶν δορυφόρων κατέφθειρε.

D Γενόμενος δὲ εἰς τὴν Αἴγυπτον Ἰούλιος τῆς Κλεοπάτρας κρατύνει τὴν ἀρχήν, τῶν ἐπιτιθεμένων ἀναστείλας τὰς ἐπιβουλάς. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ἅπαντα διοικησάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην μοναρχήσας.

Ὅτι ὁ Ἰούλιος μὴν Κυντίλιος ἐλέγετο, μετωνομάσθη δὲ παρὰ Ἀντωνίου διὰ τὸ γεννηθῆναι αὐτῷ Γάϊον Ἰούλιον. ὁ δὲ Σέξτιλιος ἀπὸ Αὐγούστου Αὔγουστος, ὅ ἐστι σεβαστός.

Ὅτι κάρμινα παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται τὰ ἔπη καὶ καρμεντία ἡ μαντεία.

P 168 Ὅτι τὴν πρώτην τοῦ μηνὸς Ῥωμαῖοι καλάνδας καλοῦσι· νόννας δὲ καὶ εἰδοῦς ἐπὶ μὲν Ἰανουαρίου καὶ Φεβρουαρίου Ἀπριλλίου τε καὶ Ἰουνίου καὶ Αὐγούστου καὶ Σεπτεμβρίου καὶ Ὀκτωβρίου καὶ Νοεβρίου τὰς μὲν νόννας λέγουσι ε΄ τοῦ μηνός, τὰς δὲ εἰδοῦς ιγ΄ τοῦ μηνός, ἐπὶ δὲ Μαρτίου καὶ Μαΐου καὶ Ἰουλίου καὶ Δεκεμβρίου τὰς μὲν νόννας τὴν ζ΄ τοῦ μηνός, τὰς δὲ εἰδοῦς τὴν ιε΄ τοῦ μηνός. καλάνδας τοίνυν Ἰανουαρίου εὑρίσκων τὴν α΄ Ἰανουαρίου νομίσεις. ἔτι δὲ πρὸ τριῶν τὴν τρίτην καὶ πρὸ μιᾶς νοννῶν Ἰανουαρίων τὴν δ΄, διὰ τὸ τὴν ε΄, ὡς ἔφημεν, νόννας καλεῖσθαι. μετὰ δὲ τὴν ε΄ εἴποις ἂν πρὸ η΄ εἰδῶν Ἰανουαρίων, ἤγουν τῇ ς΄

19 καλάνδην P

ruit: sed nihil pecuniae, verum ornamenta aurea et reposita donaria multa repperit atque asportavit. cumque conatus esset interius penetrare, ubi Davidi et Solomonis corpora erant reposita, ignis erupit duosque satellitum interfecit.

Iulius cum in Aegyptum venisset, insidiis evitatis quas ipsi adversarii tetenderant, Cleopatrae regnum in suam redegit potestatem, rebusque per Orientem constitutis Romam rediit, solus toti rei publicae imperaturus.

Iulius mensis ante Quintilis dicebatur. Iulii nomen ei ab Antonio impositum est ideo quod iste mense C. Iulius natus fuerat. Sextilis ab Augusto Augustus est denominatus.

Carmentae fatidicae mulieri nomen obtigit a vaticiniis, quae carmina Romanis dicuntur.

Primam mensis diem Romani Kalendas appellant, Nonas quintam mensis diem, et Idus decimam tertiam. nisi quod Martii Maii Iulii et Decembris Nonas septima, Idus decima quinta die constituunt. itaque ubi Kalendas Ianuarias leges, primam Ianuarii diem intellige. tertia vocatur a. d. tertium, et quarta pridie Nonas Ianuarii, quia, ut dixi, quinta est Nonis Ianuarii. sextam appellabis a. d. 8 Idus Ianuarii.

τούτου, καὶ πρὸ ἑπτὰ πάλιν τῇ ζʹ, καὶ ἑξῆς ὁμοίως, διὰ τὸ τὴν ιγʹ [B] Ἰανουαρίου εἰδοῦς Ἰανουαρίου λέγεσθαι. τὴν δὲ ιδʹ τούτου εἴποις ἂν πρὸ ιθʹ καλανδῶν Φεβρουαρίου, τὴν δὲ ιεʹ πρὸ ιηʹ, καὶ ἑξῆς κατὰ τὸν τρόπον μέχρι τῆς πρώτης Φεβρουαρίου· εἶτα ἐρεῖς καλάνδας Φεβρουαρίου. ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μηνῶν ὁμοίως.

Ὅτι Ῥωμαῖοι κίβους τὴν τροφὴν ἐκάλουν· ἐξ οὗ καὶ Ἰανὸν Κιβούλλιον διὰ τὸ εὐωχιαστικὸν καὶ Ἰανὸν Κυρῖνον ὡσανεὶ πρόμαχον, καὶ Κονσαῖον ἀντὶ τοῦ ὁδαῖον καὶ πατρίκιον αὐτόχθονα. Δίων ὁ Ῥωμαῖος ἀρχαῖόν τινα ἥρωα Ἰανὸν λέγει, διὰ τὴν τοῦ Κρόνου ξένισιν λαβόντα τὴν γνῶσιν τῶν μελλόντων καὶ τῶν προϋπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦτο διπρόσωπον ὑπὸ Ῥωμαίων πλάττεσθαι· [C] ἐξ οὗ τόν τε μῆνα κληθῆναι Ἰανουάριον, καὶ τὴν τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς γίνεσθαι.

Φέβρουαν θεάν τινα καθαρτικὴν τῶν πραγμάτων οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον. Ἀνύσιος δὲ ἐν τῷ περὶ μηνῶν φεβροῦον τὸν καταχθόνιον τῇ Θούσκων φωνῇ λέγει. ὁ δὲ Λαβεὼν ἀπὸ τοῦ πένθους λέγει κληθῆναι τὸν Φεβρουάριον· φέβρους γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ πένθος προσαγορεύεται. κατ᾽ αὐτὸν δὲ τοὺς κατοιχομένους ἐτίμων, καὶ φεβρουᾶραι τὸ καθᾶραι.

Ὅτι τὸν Μάρτεμ οἱ Ῥωμαῖοι μόρτεμ ἐκάλουν οἱονεὶ θάνατον, ἢ κινητὴν τῶν τεχνῶν, ἢ τὸν παρ᾽ ἀρρένων καὶ μόνων τιμώμενον, ἢ ἐκ τοῦ μάρνασθαι, κατὰ Φιλόξενον. καλεῖται δὲ Αἰ- [D] γυπτιαστὶ Ἐρτωσί· τοῦτο δὲ σημαίνει παντὸς γένους ζῳογονίαν

septimam a. d. 7, octavam a. d. 6, et cetera. quia decima tertia dies Idus vocatur. decimam quartam scribes a. d. 19 Kalendas Februarias, decimam quintam a. d. 17 Kalendas Februarias; itaque progredieris usque ad primam Februarii diem, quae nominatur Kalendae Februarii. eodemque modo de reliquis mensibus iudicabis.

A cibo Ianus Romanis Cibullius est dictus, quia convivia iuvet. est et Ianus Quirinus dictus veluti propugnator, et Consaeus quasi itinerarius, et Patricius ut indigena. Dio Romanus antiquum quendam heroem nomine Ianum ait, eo quod Saturno hospitium praebuisset, praeteritorum ac futurorum notitia fuisse praeditum. ideo eum a Romanis bifrontem pingi. mensem ab eo Ianuarium dictum, eumque anni principium esse.

Februam deam quandam piacularem Romani crediderunt esse. Anysius libro de mensibus Etrusca lingua februum appellari ait eum qui est apud inferos. Labeo Februarium a dolore dictum autumat, quia februs Romanis dolor dicatur. eo mense defunctos honorabant. februare porro est purgare.

Marti nomen Romani imposuerunt a morte, aut quod artium sit motor, aut quod a solis maribus colatur. aut a *μάρνασθαι*, pugnando, secundum Philoxenum. lingua Aegyptia vocatur Ertosi, quod vocabu-

καὶ πάσης οὐσίας καὶ ὕλης, κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν διατακτικὴν ζωογονικήν.

Ὅτι κέρδος ἡ ἐπίκαιρος δόσις λέγεται, μιλιαρίσια δὲ ἀπὸ τῆς μιλιτίας ἤγουν στρατείας· ὁ γὰρ Σκιπίων δι' ἔνδειαν χρυσίου τοῖς στρατιώταις τὰ μιλιαρίσια κατασκευάσας ἐπιδέδωκεν, Ἀννίβου τοῖς πράγμασιν ἐπικειμένου.

Ὅτι δηλάτορας τοὺς διαβόλους καὶ συκοφάντας καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

Ὅτι σπαθάριος ὁ σωματοφύλαξ ἐστίν, ὀρατίων ἡ προσφώνησις, καὶ φαυρικίσιοι οἱ τῶν ὅπλων δημιουργοί.

Ὅτι Ῥωμαῖοι τὰς σώφρονας γυναῖκας ματρώνας ἐκάλουν,
P 169 *οἱ δὲ Ἕλληνες οἰκοδεσποίνας. αἳ τοσοῦτον τῆς αἰδοῦς ἐφρόντιζον ὡς μηδὲ ταῖς πολλαῖς τῶν γυναικῶν ὁμιλεῖν, ἀλλὰ τόπους τινὰς ἡσυχίους ἐν τοῖς βαλανείοις ἔξω τοῦ πλήθους ἑαυταῖς ἀφορίζειν, οὓς ἔτι καὶ νῦν ματρωνίκια καλοῦσιν.*

Ὅτι σώφρονες Ἑλλήνων οὗτοι, Βελλεροφόντης Σθενεβοίας καὶ Τέλης Ἀλφεσιβοίας καὶ Πηλεὺς Ἀστυδαμείας καὶ Ἱππόλυτος Φαίδρας.

Ὅτι ἡ ἀὼ παρὰ Χαλδαίοις ἑρμηνεύεται φῶς νοητὸν τῇ Φοινίκων γλώσσῃ· καὶ Σαβαὼθ δὲ ὁ ὑπὲρ τοὺς ἑπτὰ πόλους, τουτέστιν ὁ δημιουργὸς θεός.

Ὅτι νέα ἡ πρώτη τοῦ μηνὸς παρὰ Ἀττικοῖς, ἔννη δὲ ἡ τελευταία. καλάνδη ἡ νεομηνία, ἀπὸ τοῦ καλεῖν ἐν αὐτῇ τὸν ἱερέα

lum omnis generis procreationem vitalem designat, vimque omnis naturae et materiae permutatricem ac vivificam.

Kerdos, Latine lucrum, id quod datur ad tempus, dicitur. miliarisia autem a militia: Scipio enim auro destitutus, et urgente Annibale, militibus ea paravit atque distribuit.

Delatores quos Romani vocant, ii Graecis sunt diaboli et sycophantae.

Spatharius Romanis est corporis custos. oratio compellatio. fabricenses armorum opifices.

Romani pudicas mulieres matronas appellant, Graeci dominas familias. eae tantopere verecundiae studebant ut ne conversarentur quidem cum vulgaribus mulieribus, sed in balneis extra multitudinem sibi quieta quaedam deligerent loca, quae etiamnum Matronalia dicuntur.

De Graecis casti fuerunt Bellerophontes, qui Stheneboea, Tenes, qui Alphesiboea, Peleus, qui Astydamea, et Hippolytus, qui Phaedra abstinuit.

Ao apud Chaldaeos interpretatum est lumen, quod mente percipitur, lingua Phoenicum: Sabaoth autem is qui est supra septem caelos, nimirum opifex.

Apud Atticos prima mensis dies Nea, id est nova, appellatur, et ultima Ene, quasi tacita. novilunium Kalendae usurpatur, a calando

τὸν δῆμον καὶ κηρύττειν τὴν ἡμέραν τῆς νόννας, ἐξ ἧς ἐδηλοῦτο B ἡ μεσομηνία, ἣν αὐτοὶ πατρίως εἰδοῦς προσαγορεύουσιν. ἰστέον ὅτι Μάρτιος καὶ Μάϊος καὶ Ἰούλιος καὶ Ὀκτώβριος ἑβδομαίας ἔχουσι τὰς νόννας καὶ πεντεκαιδεκαταίας τὰς εἰδοῦς, οἱ δὲ λοιποὶ πεμπταίας τὰς νόννας, καὶ τρισκαιδεκαταίας τὰς εἰδοῦς.

Φουρτοῦνα παρὰ Ῥωμαίοις ἡ εὐδαιμονία.

Ὅτι ἡ δεκὰς δεχὰς προσαγορεύεται ὡς δεκτικὴ τοῦ ἀπείρου. ἡ αὐτὴ καὶ κλαδοῦχος, διότι ἐξ αὐτῆς οἱ ἀριθμοὶ πάντες ὡς κλάδοι τινὲς φύονται.

Σπόρτα παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἡ σπυρίς, ἡ καὶ φίσκος καλεῖται· κἂν διαφέρωσι τῷ φίσκον μὲν καλεῖσθαι τὴν ῥαβδωτὴν πλεκτάνην, σπόρταν δὲ τὴν φλοιώδη. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κατασκευὴ C σπυρίδος, ἀντὶ πίλου τῇ κεφαλῇ τιθεμένη· καλεῖται δὲ παρ' Ἰταλοῖς κάμελα, ἐξ οὗ καὶ καμελαύκια.

Μαππάριον τοῖς Ῥωμαίοις ἔδοξε καλεῖν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χεροῖν ἐκμαγεῖον, ὃ καὶ μάππαν πατρίως καλοῦσιν, ἐξ οὗ καὶ μανδύλια, ἔρριπτον· ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύασεν. οὐ πλέον δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων, οὓς σπάτια οἱονεὶ στάδια καὶ μίσους ἀντὶ τοῦ ἄθλους, περὶ τὴν πυραμίδα, ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι, διεπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταὶ διὰ τὸ τοσούτους εἶναι τοὺς τῶν πλα-

12 ἰσκόρτι P, et supra ἰσκόρτα

seu vocando, Graeca origine: tunc enim pontifex convocato populo Nonarum diem patefecit, quae mensis medium indicat; quod ipsi patria lingua Idus nominant. observandum est Martium Maium Iulium et Octobrem suas Nonas septima, Idus 15 die habere: ceteri has decimo tertio, illas quinto habent.

Fortuna Romanis est quae Graecis εὐδαιμονία.

Denarius apud Graecos dechas a recipiendo dicitur, quod capax sit infiniti. eadem daduchos dicitur quasi ramos in se recipiens, quod ex ea omnes numeri tanquam rami pullulant.

Sporta corbis et fiscella apud Romanos fere idem significant, differunt tamen: fiscella quippe dicitur quae est ex virgis contexta, sporta, quae ex subere. est et aliud genus sportae quae pilei loco capiti imponitur, Italis camela dicta; unde et Camelaucia.

Mappullae nomen Romanis tali de causa usurpatur. mos erat ut consules in theatro epularentur, ac postquam saturati convivio erant, mantile quod manibus tenebant, quod et mappa dicitur, proiicerent, idque is qui ab ea re mapparius dicitur, arripiens certamen adornabat. qui autem curribus certabant, non amplius septem gyris seu spatiis (seu missos, id est praemia, vocare velis) circa metam sive obelum

D νήτων πόλους, οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν, ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ διὰ τὸ μέχρις αὐτῆς διήκειν τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κατὰ τὸ λόγιον.

Ὅτι βιξιλατίωνες οἱ Ῥωμαίων ἱππεῖς, καὶ βίξιλα παραπετάσματα ἐκ πορφύρας καὶ χρυσοῦ εἰς τετράγωνον σχῆμα πεποιημένα· ταῦτα ἐξαρτῶντες ἐπὶ μακρῶν δοράτων, κύκλῳ παραπορευόμενοι τῶν βασιλέων κατασκέπτουσιν αὐτούς. εἶεν δ' ἂν τὰ λεγόμενα φλάμουλα.

Ἡ παρ' Ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται. ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' οὗ τά τε τῶν βουλευτῶν καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, καὶ ἐγράφετο ἐπὶ τείχους εἰς τετράγωνον σχῆμα τύπος τις καὶ γραμμὴ πλίνθος.
P 170 τίτλον καὶ αὐτήν τινες ὀνομάζουσιν, οὐκ εἰδότες ὡς τίτλος κυρίως ἡ προσγραφὴ τῶν ἀξιωμάτων λέγεται, οὐ μὴν ἡ τετράγωνος γραμμή.

Λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ματρίκιον τὸ πλατὺ ξύλον καὶ παχύ· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ξύλοις καὶ φλοιοῖς καὶ φιλυρίνοις πίναξι προσγράφοις ἐκέχρηντο. ἔστι δὲ καὶ σανὶς φιλυρίνη, ἐφ' ἧς τὰ ῥήματα τῆς ἐλευθερίας εἴωθε γράφεσθαι. τιλία δὲ παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἡ φιλύρα τὸ ξύλον· ὅθεν κῶδιξ τὸ βιβλίον. κῶδιξ δὲ κυρίως ὁ φιτρὸς παρ' αὐτοῖς καλεῖται, καὶ λίβερ τὸ βιβλίον. λίβερ δὲ ὁ φλοιός ἐστι κυρίως· ταῦτα καὶ ματρίκιον. καὶ ματρικυρίους τοὺς ξυλουργοὺς καλοῦσι.

B Τρισώματον τὸν Γηρυόνην φασὶν οὐχ ὅτι τοσούτοις ἐχρή-

conficiebant, quia totidem sunt planetarum orbes, quos Chaldaei firmamenta nominant, extra lunae orbem, ad quem usque repurgamenta elementarium rerum pertingunt, iuxta oraculum.

Romani equites appellantur Bexillationes. et vexilla vela sunt quadrangula forma, ex auro et purpura contexta. ea longis contis suspensa circa regem gestant, eumque ita tegunt. sunt autem forte ea quae et flammula dicuntur.

Plinthon Graeci vocant laterem coctum. erat autem plinthus quaedam publica, in qua senatorum ac legionum nomina inscribebantur quadrata figura. in muro plinthus erat. quidam titulum appellant, cum titulus non sit quadrangula figura, sed dignitatum praescriptio.

A Romanis crassum et latum lignum matrix dicitur. antiqui enim in ligno, corticibus ac e libro tiliae confectis tabulis scribebant. est et tabula tiliacea, in quam verba libertatis solebant inscribi: Graece tilia est philyra. liber et codex idem habentur: proprie autem codex truncum significat, liber corticem. eadem matricula nuncupatur; et matricarii, qui ligna conficiunt.

Geryonem tricorporem perhibent fuisse, non quod tribus fuerit

σατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι συνεμάχουν αὐτῷ.

Ὅτι Ῥωμαῖοι τὰ δίζυγα ἅρματα βίγας ἐκάλουν, ἐξ ὧν καὶ βιγάριοι. Λατίνους τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραικοὺς δὲ τοὺς ἑλληνίζοντας καλοῦσιν. δεκανοὺς τοὺς ῥαβδούχους.

Ὅτι τὰ λεγόμενα ἑπτὰ θεάματα ἐστὶ ταῦτα·

κενὸν φρύαγμα τῶν πάλαι πυραμίδες,
Αἴγυπτος ἅσπερ εἶχε κόμπον ἢ πλάνος,
καὶ πύργος ἄστροις ἐξισούμενος Φάρου.
μέγας κολοσσὸς ὁ θρυλούμενος Ῥόδου,
καὶ τύμβος ἐξάκουστος ὁ τοῦ Μαυσώλου, C
καὶ Κυζίκου φέριστος ἀρραγὴς δόμος.
τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας δόμος,
τὸν ὅνπερ ἐξήγειρεν Ἀρτεμισία
ἡ Μαυσώλου τάλαινα σύζυγος πάλαι.
καὶ τὸ θέατρον Λυκίας τῆς τῶν Μύρων,
ὅπερ κατεσπάραξεν Ἰσμαὴλ γόνος.
καὶ Ῥουφίνιον ἄλσος ἐν τῷ Περγάμῳ,
οὗπερ τὸ κάλλος πᾶσαν ἔδραμε χθόνα.

Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐβασίλευσεν ἔτη δ' μῆνας ζ'. Καῖσαρ D δὲ ἐπεκλήθη, ὃ λέγεται ἀνατομή, ὅτι θανούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ ἐννάτῳ μηνὶ ταύτην ἀνατεμόντες ἐξήγαγον αὐτόν. οὗτος

praeditus corporibus, sed quia tres in Oceano insulae suppetias ipsi ferebant.

Bigae Romanis appellantur currus biiugi: inde bigarii dicti. iidem Latinos suos incolas, Hellenes Graecos nominant; et decanos, quos alias lictores.

Septem spectacula haec sunt:

priscorum inanis pyramides superbia,
iactavit Aegyptus quibus se callida.
Phariaeque turris astra tangens summitas.
magnus colossus ille, celebris in Rhodo,
tumulusque Mausoli exauditus omnibus,
et Cyzici domus ruinae nescia,
aedes Dianae nobilisque apud Ephesum,
cuius perhibetur auctor Artemisia:
Mausolus olim coniugem hanc miseram habuit.
Lyciae theatrum in urbe conditum Myris,
quod Ismaeli stirps adaequavit solo.
Rufiniusque dictus lucus Pergami,
cuius per orbem pulchritudo cognita est.

Caius Iulius Caesar regnavit annos quattuor menses septem. Caesar autem ab eo dictus est quod caese matris utero natus esset. dictus est

καὶ δικτάτωρ ἐκλήθη, ὅ ἐστι μονάρχης· δικτάτωρ δέ ἐστιν ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος. τούτῳ ἐτέχθη ἵππος ἀντὶ ὁπλῆς χηλὰς ἔχων καὶ μηδένα ἕτερον ἀναβάτην δεχόμενος ἢ αὐτόν, ὡς Βουκέφαλος τὸν Ἀλέξανδρον. οὗτος νέος ὢν ἔδοξεν ἐν τοῖς ὕπνοις συνουσιάζειν τῇ ἰδίᾳ μητρί.

Ὅτι αὐτὸς Ἰούλιος, ὥς φησι Πλούταρχος, μεγίστοις P 171 *ἀγῶσι Γερμανοὺς καὶ Γάλλους καὶ Βρεττανοὺς χειρωσάμενος, ὑποφόρους τοῖς Ῥωμαίοις πεντακοσίας πόλεις οἰκουμένης κατεστήσατο.*

Ὅτι ἡ γαμετὴ αὐτοῦ ἐν τῇ νυκτὶ μεθ' ἣν ἐσφάγη, ἔδοξεν ὁρᾶν τὴν οἰκίαν Καίσαρος συμπεπτωκέναι, καὶ αὐτὸν κατατετρωμένον καὶ αἵματι περιρρεόμενον ἐμπεσεῖν τοῖς κόλποις αὐτῆς. τούτῳ μέλλοντι τὴν αὔλιον ἐξελθεῖν θύραν ἀπερχομένῳ ἐπὶ τὸ βουλευτήριον εἰκὼν αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐφεστῶσα τῷ προθύρῳ αὐτομάτως κατέπεσε. καὶ πρὸς τούτοις χάρτην αὐτῷ τις ἐπιδέδωκε πᾶσαν τὴν κατ' αὐτοῦ μελετωμένην ἐπιβουλὴν ἔχοντα. καὶ νομίσας ἄλλο τι εἶναι οὐκ ἐνέτυχεν, ἀλλὰ δεδωκὼς ἑτέρῳ φυλάττειν ἐσφάγη ὑπὸ Βρούτου καὶ Κασίου ἐν τῷ βουλευτη- B *ρίῳ, χρόνων ὑπάρχων νϛ΄. κληρονόμον δὲ καὶ θετὸν υἱὸν κατέλιπεν Ὀκτάβιον τὸν υἱὸν Ἰουλίας τῆς ἰδίας ἀδελφῆς, ἔτος ἄγοντα ιϛ΄.*

Ὀκτάβιος Αὔγουστος Καῖσαρ, ὁ ἀνεψιὸς Ἰουλίας, ἐβασίλευσεν ἔτη νϛ΄. ἀφ' οὗ Αὔγουστοι οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς καὶ ὁ μὴν Αὔγουστος ἐκλήθη, ὅ ἐστι σεβαστός, Σέξτιλιος πρὶν ὀνομα-

etiam dictator, quasi penes quem unum omnis esset potestas: est autem dictatura magistratus nullius legibus subiectus. Caesari natus fuit equus ungulas habens fissas, nullumque alium sessorem admittens, sicuti Bucephalus solum recepit Alexandrum. is adhuc iuvenis per quietem imaginatus est se cum matre sua coire.

Idem, ut Plutarchus scribit, maximis praeliis Germanos Gallos et Britannos domuit, urbesque hominibus frequentes quingentas Romanis stipendiarias redegit.

Ea nocte quae caedem ipsius praecessit, uxor per insomnium vidit domum mariti sui Caesaris corruere, ipsumque multis confectum vulneribus ac cruentum in suum collabi gremium. et cum ipse in curiam iturus ianua atrii exiret, imago eius quae in vestibulo stabat sponte sua decidit. praeterea chartam ei quidam exhibuit, in qua omnes quae ei parabantur erant indicatae insidiae; quam ille de alia re existimans esse non legit, sed alii servandam dedit. ipse in curia est a Bruto et Cassio occisus, annos natus 56. adoptavit et heredem constituit Octavium, filium Iuliae sororis suae, annum agentem 16.

Octavius Augustus Caesar, sorore Iulia natus, annos regnavit 56. ab hoc Romanorum reges et mensis Sextilis Augusti nomen habent.

P 193 Ὁ τοίνυν πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος, ἐν τοῖς χρονικοῖς κανόσι περὶ τῶν Ἀντιόχων καὶ Σελεύκων καὶ Πτολεμαίων καὶ τῶν μετὰ τὴν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καθηγησαμένων ἀρχιερέων διεξιὼν ἐν ἐπιτομῇ, τάδε φησίν. ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἕκτον ἔτος ἄγων τῆς βασιλείας, Δαρεῖον τὸν Ἀρσάμου χειρωσάμενος, καθεῖλε τὴν Περσῶν δυναστείαν

1 πρὸς γῆρας ἐλθὼν] haec cum supra ante λόγοις φιλοσόφοις legerentur, transponenda esse monuit margo P

vecta aetate subito descivit ad vitia, ita quidem ut de potestate mentis exiisse putaretur, et a malo aliquo genio ad omnia flagitia parricidia insaniamque exagitari. non enim omnibus modo et naturalibus et naturae adversis maiorem in modum sese polluebat libidinibus, sed iis insuper omne iniustitiae ac crudelitatis genus addebat. ita ergo gesto imperio ut a virtute ad turpitudinem prolapsus terribili saevitia foedaque avaritia et obscoenitate infamis esset, vitam finiit nullo pristinae virtutis percepto fructu, sed tanto magis exosus omnibus, qui ad extremum libidinose omnia deturpasset atque pervertisset. is ergo ad aeterna supplicia cum omnibus ipsius similibus toleranda abiit: qui enim in salebras declinant, eos dominus cum flagitiosis abducet (Psalm. 124). proinde convenit huc quod Apostolus dixit (Philipp. 1): "is qui auctor vobis fuit recte agendi, is etiam perficiet," et dominus (Matth. 10): "qui ad finem usque perseverat, is servabitur."

Eusebius, multae vir eruditionis, plurimarumque rerum cognitione insignis, in tabulis Annalibus de Antiochis Seleucis Ptolemaeis, et pontificibus qui post reditum ex Babylone populo Iudaico praefuerunt, haec compendio scribit. Alexander Macedonum rex anno sui regni sexto Darium Arsamis filium devicit, Persarumque imperium destruxit, quod ad

διαρκέσασαν ἀπὸ Κύρου μέχρι Δαρείου ἔτη σλ'. τῆς δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλείας κατασχούσης ἀπὸ Κραναοῦ ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη φιη' καὶ τούτου τελευτήσαντος ἐν Βαβυλῶνι διαδέχονται τὴν ἀρχὴν τῆς μὲν Μακεδονίας Φίλιππος, τῆς δὲ Ἀσίας Ἀντίγονος, τῆς δὲ Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, τῆς δὲ Συρίας Σέλευκος B ὁ Νικάνωρ· ὃς καὶ πόλεις δύο ἔκτισεν εἰς τὰ μέρη Κιλικίας καὶ ἑτέραν εἰς Συρίαν, καὶ τὴν μὲν Σελεύκειαν ἐκάλεσεν εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν εἰς τὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὴν δὲ Λαοδίκειαν εἰς τὸ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ. καὶ οἱ μὲν τῆς Συρίας βασιλεύσαντες μετὰ Ἀλέξανδρον εἰσὶν οὗτοι, Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, Ἀντίοχος ὁ ἐπικληθεὶς σωτήρ, Ἀντίοχος ὁ νόθος, Σέλευκος ὁ καλλίνικος, Ἀλέξανδρος Ἀντίοχος, Σέλευκος ὁ φιλοπάτωρ, Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανής, ὃς Ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων παύσας τῆς ἱερωσύνης ὡρμήθη μεταστῆσαι τὸ πᾶν ἔθνος τῆς πατρῴας θρησκείας. καὶ τὸ μὲν ἱερὸν μιάνας Ὀλυμπίου Διὸς ναὸν προσηγόρευσε, τῷ δὲ ἔθνει κολάσεις ἀνηκέστους ἐπάγων ἑλληνίζειν ἠνάγκαζεν. C ἐφ' οὗ καὶ οἱ Μακκαβαῖοι ἐμαρτύρησαν. τὸ δὲ ἱερὸν ἔτεσι τρισὶν ἐρημωθὲν Ἰούδας ὁ ἐπικληθεὶς Μακκαβαῖος καθάρας τῶν ἀσεβειῶν, τὴν χώραν ἀνενεώσατο. εἶτα ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ εὐπάτωρ, Δημήτριος Σέλευκος, Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλῆ, Δημήτριος ὁ Νικάνωρ, Ἀντίοχος ὁ Τρύφων, Πτολεμαῖος, Ἀντίοχος ὁ Σιδίτης, Δημήτριος, Ἀντίοχος ὁ γρυπός, Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνός, Σέλευκος ὁ τοῦ γρυποῦ, ἐφ' οὗ Ἀντιόχεια ὑπὸ Ῥωμαίων ἥλω καὶ ἡ Συρίας ἀρχὴ κατελύθη διαρκέσασα ἔτη σν'.

eam a Cyro duraverat annos 230. Macedonicum regnum a Cranao usque ad Alexandrum obtinuit per annos 518. eo Babylone mortuo regnum Macedoniae Philippo obtigit, Asiae Antigono, Aegypti Ptolemaeo Lagi F, Syriae Seleuco Nicanori. hic duas urbes condidit, in Cilicia Seleuciam suo de nomine, in Syria Antiocheam filio suo cognominem, itemque Laodiceam a filia sua sic dictam. regnum ergo Syriae post Alexandrum hi gesserunt, Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Antiochus Nothus, id est spurius, Seleucus Callinicus, Alexander Antiochus, Seleucus Philopator, Antiochus Epiphanes. hic Oniam pontificem maximum Iudaeorum depulit sacerdotio, conatusque est totum populum a patriis ritibus detrudere: aedem dei a se profanatam Iovis Olympii fanum appellavit, Iudaeosque gravissimis suppliciis ad Graecos ritus adegit; quo tempore etiam Maccabaei excarnificati sunt. templum tres annos vastatum Iudas Maccabaeus impio cultu ex Iudaea profligato instauravit. successit Epiphani Antiochus Eupator, inde Demetrius Seleucus, Alexander Balis filius, Demetrius Nicanor, Antiochus Tryphon, Ptolemaeus, Antiochus Sidita, Demetrius, Antiochus Grypus, Antiochus Cyzicenus, Seleucus Grypi filius. eo regnante Romani Antiocheam ceperunt, Syriaeque regnum est abolitum, cum id durasset annos 250.

D Οἱ δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύσαντες μετὰ Ἀλέξανδρον εἰσὶν οἵδε, Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἐφ' οὗ Μένανδρος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος, Πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος, ἐφ' οὗ οἱ ο' Ἑβραίων σοφοὶ τὸν νόμον ἡρμήνευσαν, Πτολεμαῖος ὁ εὐεργέτης, ἐφ' οὗ τὴν πανάρετον σοφίαν συντάξας Ἑβραίοις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ ἐγνωρίζετο, Πτολεμαῖος ὁ φιλοπάτωρ, ἐφ' οὗ ὁ τῶν Ἑβραίων λαὸς αἰχμάλωτος ἀχθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ τοιοῦτόν τι πέπονθε. προσέταξε γὰρ οὗτος τοῖς αὐτοῦ ὑπασπισταῖς ἐλέφαντας φ' εὐτρεπίσαι, καὶ τούτους μεθύσαι οἴνῳ λιβανωτῷ, ἵνα ἀποκτείνωσι τοὺς Ἰουδαίους. τῶν Ἰουδαίων δὲ εὐξαμένων οἱ ἐλέφαντες εἰς τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας τε καὶ δήμους
P 194 ἐξορμήσαντες πολὺν αὐτῶν ὄχλον ἐν τῇ περιεχούσῃ μανίᾳ διέφθειραν. καὶ οὕτω παραδόξως οἱ Ἰουδαῖοι περισωθέντες ἀβλαβεῖς ἀπελύθησαν εἰς τὰ ἴδια, τῷ εὐεργέτῃ θεῷ εὐχαριστοῦντες. εἶτα βασιλεύει Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς σωτήρ, Πτολεμαῖος ὁ Ἀλέξανδρος, Πτολεμαῖος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Πτολεμαῖος ὁ Διονύσιος, Κλεοπάτρα ἡ τούτου θυγάτηρ· ἣν Αὔγουστος ἀνελὼν ἐν τῷ ιδ' ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐκράτησε τῆς Αἰγύπτου, καθελὼν τὴν βασιλείαν τῶν Πτολεμαίων διαρκέσασαν ἐν ἔτεσι διακοσίοις ϟ'.

Οἱ δὲ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καθηγησάμενοι
B ἀρχιερεῖς εἰσὶν οὗτοι, Ἰησοῦς, Ἰωσεδὲκ ἅμα Ζοροβάβελ, Ἰάκωβος υἱὸς Ἰησοῦ, Ἠλιάσιμος Ἰακίμου, Ἰωδαὲ Ἰωσήβου, Ἰωάννης ὁ τοῦ Ἰωδαέ, Ἰαδοῦς, ἐφ' οὗ Ἀλέξανδρος ἐν Ἱερουσαλὴμ

Aegypti reges post Alexandrum fuerunt Ptolemaeus Lagi filius, cuius aetate Menander comoediarum scriptor claruit et Theophrastus philosophus. Ptolemaeus Philadelphus, cuius iussu 70 Ebraeorum doctissimi legem transtulerunt. Ptolemaeus Euergetes, sub quo Iesus Sirachi filius innotuit, qui librum de sapientia praestantissimum Ebraeis composuit. Ptolemaeus Philopator: is rex Ebraicum populum, qui captivus in Aegyptum fuerat abductus, perdere statuens, satellitibus mandavit ut 500 elephantos instruerent, eosque vino libanoto inebriatos Iudaeis immitterent. sed his deum precantibus, elephanti in regios milites et Aegyptiacam turbam impetu dato per furorem magnam hominum multitudinem eliserunt. itaque praeter omnium spem servati Iudaei, incolumes in patriam sunt dimissi, deo suo benefactori gratias agentes. post hunc regno functus est Ptolemaeus cognomine Soter. inde Ptolemaeus Alexander, Ptolemaeus frater eius, Ptolemaeus Dionysius, Cleopatra huius filia: quam Augustus annum 14 imperans interfecit: Aegyptoque potitus regnum Ptolemaeorum delevit, quod duraverat annos 290.

Porro qui a reditu ex Babylone populum Iudaicum gubernaverunt pontifices maximi, hi sunt. Iesus, Iosedecus cum Zorobabelo, Iacobus Iesu filius, Iliasimus Iacimi filius, Iodaas Iosebi filius, Ioannes Iodaae filius, Iadus: quo pontificatum gerente, Alexander Hierosolymis deum adoravit.

τῷ θεῷ προσεκύνησε. καταπλαγεὶς γὰρ ἐπὶ τῇ ξένῃ θέᾳ τῆς στο-
λῆς τοῦ ἀρχιερέως, ἀπὸ τοῦ ἅρματος καταβὰς μόνος προσεκύνησε
τὸ θεῖον ὄνομα καὶ τὸν ἀρχιερέα ἠσπάσατο· ὃν πάντες Ἰουδαῖοι
μιᾷ φωνῇ σὺν τῷ ἀρχιερεῖ γνησίως ἀντησπάσαντο. τῶν δέ γε τῆς
Συρίας βασιλέων καὶ τῶν λοιπῶν καταπλαγέντων καὶ διεφθάρθαι
τὴν διάνοιαν Ἀλεξάνδρου ὑπειληφότων, καὶ Παρμενίωνος τοῦ
στρατηγοῦ μᾶλλον θαυμάσαντος, διότι καθάπερ τις τῶν ὑπηκόων
πεσὼν προσεκύνησεν, εἶπεν Ἀλέξανδρος "οὐ τὸν ἀρχιερέα προσε- C
κύνησα, ἀλλὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ τιμώμενον θεόν, κἀμοὶ τὴν βοήθειαν
κατὰ τῶν ἐναντίων ὑποσχόμενον. ἡνίκα γὰρ τὴν κατὰ Περσῶν
διενοούμην στρατείαν καὶ ἐδεδίειν τὸ μέγεθος τῆς δυναστείας αὐ-
τῶν, ὤφθη μοι κατ' ὄναρ κατὰ τὸ σχῆμα τοῦδε τοῦ ἀρχιερέως ὁ
θεός, καὶ θαρρεῖν μοι παρεκελεύσατο καὶ τῆς προθυμίας σπου-
δαίως ἔχεσθαι, λέγων 'εἰς σὲ γὰρ καταλήξω τὴν Περσῶν δυνα-
στείαν.' διὸ τοῦτον θεασάμενος ἐν τοιαύτῃ στολῇ, καὶ τῆς κατὰ
τοὺς ὕπνους ὑπομνησθεὶς ὄψεως, εἰκότως προσεκύνησα." ταῦτα
εἰπὼν καὶ τὸν ἀρχιερέα δεξιωσάμενος, τῶν ἱερῶν παρεπομένων,
εἰς τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ παραγίνεται. οἱ δὲ γραμματεῖς τὴν D
βίβλον τοῦ Δανιὴλ προσκομίσαντες τὴν προφητείαν αὐτῷ διηρμή-
νευον, ὡς δεῖν τινὰ τῶν Μακεδόνων τὴν βασιλείαν Περσῶν χειρώ-
σασθαι. ὃς ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον ἡσθεὶς καὶ περιχαρὴς γενόμενος,
καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀνελθών, θύει μὲν τῷ θεῷ κατὰ τὴν τοῦ ἀρχιε-
ρέως ὑφήγησιν, αὐτὸν δὲ τὸν ἀρχιερέα καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς

etenim attonitus habitu pontificis insolente, solus a curru descendit, nomenque dei adoravit, pontificemque maximum salutavit, ab eoque et universis Iudaeis vicissim est uno ore salutatus. cum autem Syriae ac ceteri reges id factum mirarentur, atque mente abalienatum Alexandrum putarent: ac praesertim Parmenio exercitus ductor miraretur quid rei esset, quod instar subditorum alicuius se in terram rex prostravisset: respondit Alexander, hunc se honorem non pontifici detulisse, verum deo quem is coleret, ac qui sibi auxilium contra hostes promisisset. quo enim tempore bellum contra Persas meditatus, eorum ingentem potentiam reformidasset, deum sibi per insomnium specie huius pontificis visum, bono esse animo iussisse, et alacriter institutum exsequi: nam suo nutu Persarum regnum in ipsum Alexandrum desiturum. itaque sibi pontifice in hoc habitu conspecto, in memoriam insomnium redactum: seque haud abs re adorasse. haec fatus, dextra summo pontifici iniecta, comitantibus ceteris sacerdotibus Hierosolyma intravit. ibi sacrarum literarum doctores allato Danieli libro, eius vaticinium exposuerunt, quo praedicebatur, fore ut Macedo Persarum regnum everteret. qua ex re Alexander cum ingentem cepisset laetitiam, templum dei adiit, deoque rem sacram praescribente omnia pontifice maximo fecit, eumque pontificem ac reliquos omnes sacerdotes dignis muneribus donavit, tem-

ἀξιοπρεπῶς τιμήσας καὶ λαμπροῖς καὶ μεγίστοις ἀναθήμασι τὸν ναὸν διακοσμήσας κατὰ τῶν Περσῶν ἐχώρησε. μετὰ δὲ Ἰαδοῦν Ἰωνίας Ἰαδοῦν, Ἐλεάζαρος, Ἰωνιᾶς, Σίμων, Ἰωναὰς Σίμων, Ἰανῆς ὁ καὶ Ὑρκανός, Ἀριστόβουλος, ὃς καὶ πρῶτος ἐπέθετο P 195 διάδημα βασιλικὸν πρὸς τῇ ἀρχιερωσύνῃ, Ἰανέας ὁ καὶ Ἀλέξανδρος, βασιλεὺς ἅμα καὶ ἀρχιερεύς. μέχρι τούτου οἱ ἀπὸ Κύρου χριστοὶ ἡγούμενοι, διαρκέσαντες ἔτη υπγ', ἅ εἰσιν ἑβδομάδες ἐτῶν ξθ', καθὼς ἔφη καὶ Δανιὴλ τό "καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου ἑβδομάδες ἑπτά, καὶ ἑβδομάδες ξβ'." ἅ τινά εἰσιν ἔτη υπγ'. ἀπὸ δὲ Κύρου ἐπὶ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην ἔτη εἰσὶ τϙδ'.

Εἶτα διδάσκει ἡμᾶς πόθεν ἀριθμεῖν δεῖ, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπανόδου, ἀλλ' ἀπὸ ἐξόδου λόγων ἀποκριθῆναι καὶ B τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ. οὐκ ἐπὶ Κύρου δὲ ᾠκοδομήθη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μακρόχειρος Ἀρταξέρξου. μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον ἐπανῆλθε Καμβύσης, εἶτα οἱ μάγοι, καὶ μετ' ἐκείνους Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου, μεθ' ὃν Ξέρξης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρταβάνης. εἶτα Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ ἐβασίλευσε τῆς Περσίδος. ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Νεεμίας ἀνελθὼν τὴν πόλιν ἀνέστησε, καθὼς Ἔσδρας διηγήσατο. ἐντεῦθεν υπγ' ἔτη γεγόνασιν ἕως τῆς κατασκαφῆς τῆς πόλεως, καθὼς Ἰώσηππος ὁ Ἑβραῖος μαρτυρεῖ.

plum splendidis ac magnificis donariis exornavit, atque ita demum contra Persas movit. deinceps summi pontifices ac populi rectores fuerunt Ionias Iadu filius Eleazarus, Ionias, Simon, Ionaas Simon: Ianes, qui et Hyrcanus: Aristobulus, qui primus regium diadema pontificali ornatui superaddidit: Ianeas, qui et Alexander, rex idem et sacerdos. ad hunc usque a Cyro uncti rerum summam tractarunt, per annos 483, quae sunt septimanae 69, sicuti Danielus erat vaticinatus, "cognosces" inquiens "et intelliges ab exitu sermonis, quo decernetur ut aedificentur Hierosolyma usque dum Christus imperet, septimanas 7 et septimanas 62," qui sunt anni 483. a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem et urbi excidium ab eo illatum anni sunt 394.

Porro autem nos docet unde initium numerandi sit sumendum, nimirum non ab eo die quo in patriam reditum fuit, sed ab exitu sermonis, quo decretum factum est de instaurandis Hierosolymis. at urbs ea non est sub Cyro refecta, sed sub Artaxerxe Longimano. reversis enim in patriam Iudaeis supervenit Cambyses, inde Magi, post hos Darius Hystaspis filius, post hunc Xerxes Darii filius et Artabanus. secundum hos Artaxerxes Longimanus regnum Persicum obtinuit. eo annum vigesimum regnante, Neemias adscendit urbemque instauravit, sicuti Esdras narravit. inde autem 483 anni elapsi sunt usque ad excidium urbis, quemadmodum Iosephus Ebraeus testatur.

Ἰώσηπος ἱστορεῖ ὅτι κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τῆς τοῦ κυρίου σταυρώσεως κτύπους τοῦ ἱεροῦ ἀντιλαμβάνεσθαι πρῶτον, ἔπειτα φωνῆς ἀθρόας ἔνδοθεν ἀκοῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐσωτάτου ἱεροῦ "μετα- C βαίνομεν ἐντεῦθεν."

Ὅτι ὁ Πόντιος Πιλᾶτος ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος ποικίλαις περιπεσὼν συμφοραῖς, ὥς φασιν οἱ τὰ Ῥωμαίων συγγραψάμενοι, αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο. οἱ δὲ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν λέγουσι κατ' αὐτοῦ τῷ Καίσαρι ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ προσελθεῖν, ὃς δέρματι βοείῳ νεοδάρτῳ τοῦτον μετὰ ἀλέκτορος καὶ ἐχίδνης καὶ πιθήκου, ὡς ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις, ἐγκλείσας καὶ εἰς καῦσιν ἡλίου θεὶς ἀπέκτεινεν. οἱ δὲ ὡς ἀσκὸν μᾶλλον αὐτὸν λέγουσι ἐκδαρῆναι καὶ οὕτως ἀποθανεῖν.

Ὅτι ἡ τῶν ἀλλοφύλων ἐπὶ Ἰουδαίαν βασιλεία ἕως τοῦ μι- D κροῦ Ἀγρίππα ἐκράτει χρόνους ἑκατὸν οὕτως. Ἡρώδης πρῶτος ὁ τὰ νήπια ἀνελὼν ἔτη λζ', Ἀρχέλαος ὁ υἱὸς αὐτοῦ θ', Ἡρώδης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κδ', Ἡρώδης ὁ καὶ Ἀγρίππας, ὁ σκωληκόβρωτος, ἑπτά, Ἀγρίππας υἱὸς αὐτοῦ ὁ μικρὸς ἔτη κζ'.

Ὅτι τῶν Ἑβραίων σεληνιακῶς τὸν μῆνα ψηφιζόντων, ἤτοι κθ' καὶ ἡμίσους ἡμέρας, καὶ τοῦ κυκλικοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ καθ' ἥλιον ὑπάρχοντος ἡμερῶν τξε' δ', τὴν κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσειν ἡμέρας ια' δ'. διὰ τοῦτο Ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἐν ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν· ὀκτάκις γὰρ τὰ ια' P 196 καὶ η' δ' ποιοῦσι τρίμηνον.

Idem memoriae tradidit, ea ipsa die qua in crucem sublatus est Christus, primum in templo fragores auditos fuisse, deinde ex intimis penetralibus vocem exauditam ingentem "abeamus hinc."

Pontius Pilatus imperante C. Caesare, ut Romanarum rerum scriptores perhibent, variis calamitatibus circumventus manus sibi attulit. alii aiunt eum apud Caesarem Christi causa accusatum a Maria Magdalena, pelli recens bovi detractae insutum una cum gallo vipera et simia, ut est Romanis consuetudo, radiisque solis expositum periisse. non desunt qui eum utris instar excoriatum obiisse perhibeant.

Alienigenarum in Iudaeos regnum usque ad Agrippam minorem obtinuit annos 100, hoc modo. regnavit primus Herodes infanticida annos 37. eius filius Archelaus annos 9, Herodes frater eius annos 24, Herodes Agrippa, is qui a vermibus consumptus est, 7, Agrippa minor, filius eius, annos 27.

Ebraei mensem lunarem supputant, undetriginta nimirum dierum cum semisse diei. et cum solaris circuitionis annus sit dierum 365 ac quadrantis, itaque duodecim lunares menses 11 diebus dieique quadrante superet, ideo Iudaei tres menses, qui a re Graecis embolimaei dicuntur, intercalant octavo quoque anno. nam octies undecim dies et octo quadrantes diei efficiunt tres menses.

Τιβέριος ὁ υἱὸς τοῦ Καίσαρος ὁ προμνημονευθείς, οὗτος ἔσχε Γάϊον ἀνεψιόν. ἀστρολόγου δὲ τοῦ Θρασύλου γέγονε Τιβέριος φοιτητής, ὃς τοσοῦτος ἦν τὴν τέχνην ὡς ἀγανακτήσαντός ποτε τοῦ Τιβερίου κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ βουληθέντος ἄφνω διὰ τοῦ τείχους αὐτὸν ὠθῆσαι, σκυθρωπάσαι φασὶ τὸν Θρασύλον παρευθύ. ἐρωτήσαντος δὲ Τιβερίου τὴν αἰτίαν ἔφη αἰσθάνεσθαι κλιμακτῆρα ἐγγὺς αὐτοῦ μέγιστον ταύτῃ τῇ ὥρᾳ. καὶ τοῦ Τιβερίου θαυμάσαντος, ἐᾶσαι αὐτὸν φησὶ Πλούταρχος.

Ὅτι Τιβέριος τοῖς τῶν πόλεων ἄρχουσιν ἔγραφεν ὡς εἴ τι παρὰ
B τοὺς νόμους γράψει, μὴ προσέχειν φησὶν ὡς ἀγνοήσαντι. οὗτος καὶ βραδέως τοὺς ἄρχοντας διεδέχετο φειδοῖ τῶν ὑπηκόων. ἐρωτηθεὶς δὲ τὴν αἰτίαν εἶπε τὴν παροιμίαν τῶν ἐπικαθημένων μυιῶν τῷ τραυματίᾳ καὶ τοῦ θελήσαντος ἀποσοβῆσαι ταύτας καὶ κωλυθέντος ὑπὸ τοῦ τραυματίου εἰπόντος, ἵνα μὴ ἄλλαι πεινῶσαι αἵματος ἐπέλθοιεν.

Φησὶ δὲ Εὐσέβιος ὅτι τῷ ιε´ ἔτει Τιβερίου βαπτίζεται ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, συνῳδὰ τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ ἐν τῷ ιη´ τὸ σωτήριον ὑπέστη πάθος, ἐν ἔτει τοῦ κόσμου ͵εφλθ´. γράφει
C δὲ καὶ Ἰώσηπος περὶ μὲν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ταῦτα "τισὶ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει διολωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ θεοῦ καὶ μάλα δικαίαν τιννυμένου δίκην διὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου βαπτιστοῦ. τοῦτον γὰρ Ἡρώδης κτείνει ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκεῖν καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους

Tiberius praedictus fratrem habuit, quo natus est Caius. Tiberius astrologi Thrasylli fuit discipulus assiduus. tanta fuit Thrasyllo peritia, ut cum eum Tiberius iratus quodam die subito praecipitem de muro agere statuisset secum, illico vultu maestitiam Thrasyllus praetulerit, causamque a Tiberio interrogatus, eam sibi horam vel maxime scansili annorum lege periculosam se intelligere dixerit: itaque Tiberium admiratione captum ei pepercisse. auctor Plutarchus.

Scripsit Tiberius ad urbium praefectos ne sibi aliquid legibus adversum per rescripta mandanti obtemperarent, sed ignorationi id tribuerent. idem praefectis tardius successores misit, subditis ea in re parcens. causamque rogatus fabulam protulit. cuiusdam vulneribus muscas insedisse, supervenisse quendam qui eas vellet abigere: saucium vero id prohibuisse, quod diceret in metu se esse ne earum in locum aliae sanguinem etiamnum sitientes succederent.

Tradit Eusebius anno Tiberii 15 Christum baptizatum; quod cum evangelio congruit. passumque anno Tiberii 18, mundi 5539. idem de Ioanne Baptista sic scribit. quidam Iudaei existimaverunt Herodis exercitum a deo fuisse deletum iusta admodum vindicta ob caedem Ioanni cognomento Baptistae illatam. hunc enim necari Herodes iusserat, virum bonum et Iudaeos ad studium virtutis exhortantem, iustitiamque in vitae

δικαιοσύνῃ καὶ τὰ πρὸς θεὸν εὐσεβείᾳ χρῆσθαι καὶ συνιέναι βαπτισμόν." περὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ πάλιν ὁ αὐτός φησιν ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἰησοῦς ὁ σοφὸς ἀνὴρ ἦν, εἴγε ἄνδρα λέγειν αὐτὸν ἐχρῆν· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς καὶ διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἐν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων· πολλοὺς γὰρ καὶ ἀπὸ Ἑλλήνων ἠγάγετο Χριστός. ὃν Πιλάτου σταυρώσαντος οὐκ ἐπαύσαντο D κηρύσσοντες περὶ αὐτοῦ οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες μαθηταί. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν ἔχων πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μαρτυρησάντων περὶ αὐτοῦ θαυμάσια καὶ εἰρηκότων. οὗτος ὁ Τιβέριος ἀκούσας τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ θαύματα ἠβουλήθη διὰ βασιλικοῦ τύπου ἀναγορεῦσαι αὐτὸν θεόν· ἀλλ' ἀντεπράχθη τούτῳ παρὰ τῆς συγκλήτου, καθὼς οὖν Εὐσέβιος λέγει.

Ὅτι ἐπὶ Τιβερίου, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν, ἐκλέγεται ὑπὸ τῶν ἀποστόλων Ματθίας ἀντὶ τοῦ προδότου. ὅστις Ἰούδας μετὰ τὴν ἀγχόνην, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρακαλούμενος καὶ νουθετούμενος πρὸς μετάνοιαν P 197 ἐλθεῖν, καὶ μὴ πεισθείς, ἐπεὶ ἀνελήφθη ὁ Χριστός, ὡς ἤκουσεν, εὐθὺς ὀγκωθεὶς ἐλάκησε μέσος καὶ ἀπώλετο. εἰ γὰρ εἰς μετάνοιαν ἦλθεν, οὐκ ἂν αὐτὸν ἀπώσατο ὁ πάντας θέλων σωθῆναι.

Τιβέριος δὲ τῷ τρόπῳ καὶ τῇ γνώμῃ ἀπηνὴς ἦν καὶ οἴνου ἐλάττων. διὸ καὶ ἐμπεβάριον αὐτὸν Ῥωμαῖοι ἐκάλουν, ὃ σημαίνει

22 βιβέριον lege. margo P. an μπιβέριον?

communis usu et ad pietatem deo praestandam intelligendumque baptismum. rursum de Christo idem haec. "fuit eo tempore Iesus, vir sapiens, si quidem eum virum appellare licet: nam et mirabilia facta fecit et homines docuit veritatem libenter amplectentes, multosque etiam de Graecis discipulos habuit. eum, cum esset a Pilato in crucem actus, praedicare non destiterunt discipuli, qui semel ipsum dilexerant. tertia enim ab obitu suo die redivivus eis apparuit, cum quidem divini vates haec et alia de eo miraculosa iam ante testati ac vaticinati fuissent." voluit Tiberius miraculorum a Christo editorum fama excitatus imperatorio edicto eum inter deos referre, sed a senatu impeditus fuit. auctor Eusebius.

Eodem Tiberio imperante in locum proditoris subrogatur ab apostolis Matthias. Iudas cum sese suspendio affecisset, quotidie ad resipiscentiam exhortantibus apostolis non obtemperans, ut dominum caelo subiisse audivit, illico ita intumuit ut medius crepans perierit. qui si facti poenitentiam egisset, nunquam profecto eum aspernatus fuisset is qui omnes vult salvos fieri.

Tiberius ingenio truculentus fuit vinoque deditus: ideo a Romanis

παρ' αὐτοῖς τὸν οἰνοπότην. τοῦτον Γάϊος ὁ ἀδελφιδοῦς ἐν τῇ νόσῳ αὐτοῦ ἱμάτια πολλὰ περιθεὶς ἀπέπνιξεν.

Ἐκράτησε δὲ Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη ζ'. οὗτος ἦν μοιχικώτατος πάνυ· ὃς περιιὼν ποτε τὴν ἀγορὰν καὶ ἰδὼν πηλὸν ἐν
B *τῇ ὁδῷ ἤγαγε Φλάβιον Οὐεσπασιανόν, ἀγορανόμον τότε ὄντα, τὸν μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα, καὶ ὡς ἀμελοῦντα τῶν κοινῶν τὸν πηλὸν εἰς τὴν ἐσθῆτα βληθῆναι ἐκέλευσεν· ὅπερ ἐσήμανε τὰ κοινὰ τεταραγμένα αὐτὸν παραλήψεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ αὐτοῦ Γαΐου βασιλείας Ἀγρίππας βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας καὶ Σίμων ὁ μάγος βαπτίζεται ὑπὸ Φιλίππου, ἑνὸς τῶν ἑπτὰ διακόνων.*

Γάϊος δὲ ὑπὸ Κλαυδίου σφάζεται. ἐπὶ τούτου Κορνήλιος πρῶτος ἐξ ἐθνῶν βαπτίζεται ὑπὸ Πέτρου, καὶ Παῦλος, τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος ἀναδείκνυται. Κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ' μῆνας θ'. οὗτος δειλὸς ὢν πάντας τοὺς προσιόντας αὐτῷ ἐποίει ἐρευνᾶσθαι, μή τι ξιφί-
C *διον ἔχωσι. καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις ὡπλισμένοι εἰς φυλακὴν παρειστήκεισαν αὐτῷ· ἐξ οὗ καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς βασιλεῖς εἴθιστο γίνεσθαι τοῦτο. ἐπὶ τούτου καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἦν, φιλόσοφος Πυθαγόρειος, στοιχειωματικός. οὗτος ἐν Βυζαντίῳ ἐλθών, παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων, ἐστοιχείωσεν ὄφεις μὲν καὶ σκορπίους μὴ πλήσσειν, κώνωπας μηδὲ παρεῖναι, ἵππους μὴ κατωφρυῶσθαι μήτε μὴν ἀγριαίνεσθαι κατ' ἀλλήλων ἢ καὶ κατά τινος. καὶ*

4 προϊὼν P

Biberius denominabatur. suffocavit eum Caius fratre ipsius natus, aegrotanti multam iniiciens vestem.

C. Caligula exinde regnavit annos 7, homo stupris supra modum deditus. is in forum progressus cum coenum conspexisset, eo accivit Flavium Vespasianum tunc aedilem, sed qui postea imperator est factus; inque eius, ut rem publicam negligentis, vestem coenum coniici iussit. eo designabatur eum rem publicam conturbatam recepturum. eiusdem Caligulae imperio Agrippa rex Iudaeae et Simon Magus baptizantur a Philippo, qui fuit unus de septem diaconis.

Caligulam Claudius necat. sub hoc Cornelius primus omnium de gentibus baptizatur a Petro, et Paulus instrumentum electionis Christi patefactione apostolus designatur. imperavit Claudius annos 13 menses 9. is adeo fuit meticulosus ut omnes ad se accedentes excuti iuberet, ne quis forte sicam gestaret. atque in conviviis armato utebatur praesidio; quod ab eo coeptum reliqui etiam deinceps usurpaverunt imperatores. eo imperante Apollonius fuit, patria Tyaneus philosophus Pythagoreus, qui magicis notis mira praestabat. cum enim Byzantium profectus ab incolis rogaretur, suis magicis artibus effecit ne serpentes eo aut scorpii accederent, neve culices, ne equi ferocirent, neve illi vel mutuo vel

Λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐστοιχείωσεν ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμήνασθαι.

Τότε Αἰγύπτιος λῃστὴς ἐξήγαγεν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς σικαρίους, οὓς μετῆλθε Φῆλιξ ὁ ἡγεμών. σικαρίους δὲ αὐτοὺς ὠνόμασεν ἀπὸ τῶν σικαρίων, ἅ ἐστι μαχαίρια μικρά, ἃ ἐπεφέροντο D
κρυφῇ εἰς τὸ λαθραίως τοὺς παρατυγχάνοντας πλήττειν. καθ' ὃν καιρὸν μεταξὺ Θήρας καὶ Θηρασίας νῆσος ἀνεφυσήθη στάδια λ'.

Οὗτος πόλιν ἔκτισεν, ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι καλέσας αὐτὴν Κλαυδίου πόλιν, καὶ Ἰουδαίους τῆς Ῥώμης ἀπήλασεν. ἐπὶ τούτου κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα συγχύσεως γενομένης ἐν Ἱεροσολύμοις μόνοι πατηθέντες καὶ ἀποθανόντες εὑρέθησαν τρισμύριοι. οὗτος οὐ μόνον Ἰουδαίους ἐτυράννει, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐν Ῥώμῃ ἐπισήμους ἀναιρῶν ἐλάμβανεν αὐτῶν τὰς οὐσίας. πρὸς τούτοις καὶ δουλοκρατίαν νομοθετήσας ἐπέτρεψε κατηγορεῖν τῶν P 198
δεσποτῶν, εἴ τι συνίδοιεν αὐτοῖς πλημμέλημα. κἀντεῦθεν δεινὴ συμφορὰ κατειλήφει τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, τῶν οἰκετῶν μεγάλαις τιμωρίαις ὑποβαλλόντων τοὺς δεσπότας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰς μανίαν ἐκτραπεὶς ἄθεσμά τινα διεπράττετο. φονεύσας δὲ τοὺς φονεῖς Γαΐου ἀνῃρέθη ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς φαρμάκῳ.

Ἐπὶ τούτου Ἰάκωβος ὁ Ζεβεδαίου ἐμαρτύρησε, καὶ Μάρκος δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον προτροπῇ Πέτρου συνεγράψατο, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ σταλεὶς ὑπ' αὐτοῦ, πρῶτος ἐκ-

16 *συνειδεῖεν?*

in alios animantes rabie saevirent. Lycum quoque amnem compescuit, ne suis exundationibus Byzantio noceret.

Tunc Aegyptius latro sicarios in solitudinem eduxit; quos Felix praefectus ultus est. eodem tempore inter Theram et Therasiam insula enata est, stadiorum 30.

Claudius urbem condidit de suo nomine Claudiopolin, et Iudaeos Roma expulit. eius tempore cum inter paschatis celebrationem tumultus exstitisset, 30 milia hominum tantum elisi atque interfecti sunt. neque in Iudaeos modo ille saeviit, sed et Romae nobilissimum quemque trucidavit eiusque bona sibi vindicavit. ad haec servili potestate legibus confirmata, servis permisit ut dominos suos accusarent, si cuius eorum delicti essent conscii. quae res atroces per orbem terrarum calamitates excitavit, cum omnes passim servi dominis suis gravia supplicia conciliarent. quin et eo vecordiae est prolapsus ut summis sese flagitiis pollueret. tandem cum Caii percussores necasset, veneno est ab uxore sua sublatus.

Hoc rerum potiente Iacobus Zebedaei filius supplicio suo veritati testimonium tulit. et Marcus evangelium Petri monitu conscripsit; missusque ab eo in Aegyptum primus fundata ecclesia, ibi multa monaste-

κλησίαν πηξάμενος, πολλὰ μοναστήρια συνεστήσατο, ἅπερ σε-
B μνεῖα τότε προσηγορεύθησαν, καθώς φησιν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου
ὅτι Μάρκον πρῶτον ἴσμεν ἐν Αἰγύπτῳ τὸ εὐαγγέλιον συγγεγραφέ-
ναι καὶ ἐκκλησίαν πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι.
τοσαύτη δὲ τῶν αὐτόθι πεπιστευκότων πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυ-
ναικῶν ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς συνέστη δι' ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης
καὶ σφοδροτάτης, ὡς καὶ συγγραφῆς ἀξιῶσαι τὰς διατριβάς τε
καὶ συνελεύσεις καὶ πᾶσαν ἄλλην τοῦ ἀρίστου βίου διαγωγὴν Φί-
λωνα τὸν σοφώτατον, ὡς καὶ αὐτόπτην τοῦ ἀποστόλου Πέτρου
καὶ αὐτήκοον καὶ συνόμιλον ἐν Ῥώμῃ γενόμενον. τῶν γὰρ παρ'
ἡμῶν ἀσκητῶν ἀποδεχόμενος τὸν βίον, ἐκθειάζει σφόδρα καὶ σε-
C μνύνει τοὺς κατ' αὐτὸν ἀποστολικοὺς ἄνδρας, ἐξ Ἑβραίων, ὡς
ἔοικε, γεγονότας καὶ τῶν Ἐσσαίων τὴν ἄσκησιν καὶ πολιτείαν εὖ
μάλα προακοντισθέντων, ἥτις γε τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων
τὴν δικαιοσύνην ἐξ ἐπιμέτρου διενέστηκεν. ἀπὸ γὰρ Ἰωναδὰμ υἱοῦ
Ῥιχὰβ καταγόμενοι οὗτοι τὴν πανάρεστον ἀκτημοσύνην καὶ δικαιοσύ-
νην καὶ σωφροσύνην καὶ σκληραγωγίαν ἐπέτειναν, καθώς φησι καὶ
Ἰώσηπος περὶ αὐτῶν ὅτι Ἐσσαῖοι Ἰουδαῖοι μέν εἰσι τὸ γένος, φιλάλ-
ληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβεῖς πλέον, οἳ τὴν μὲν ἡδονὴν ὡς
κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν καὶ τὸ
μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμος
D μὲν παρ' αὐτοῖς ὑπερορᾶται, τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας νέους ἔτι

18 Ἰδουμαῖοι codex Xylandri

ria instituit, quae a gravitate vitam ibi degentium Semneia tunc appellabantur, quemadmodum Eusebius Pamphili scribit: primum Marcum scimus in Aegypto evangelium composuisse, primumque ecclesiam apud ipsam Alexandream instituisse. tanta autem primo eo aggressu multitudo virorum mulierumque fidem evangelio adhibens exercitationi virtutum vehementissimae et quam maxime philosophicae sese dedit, ut eorum consuetudines conventus ceteramque optimae vitae rationem describere dignatus sit Philo doctissimus vir, qui Romae Petrum apostolum vidit, audivit, cumque eo est collocutus. is enim nostrorum, quos ab exercitatione bonorum operum ascetas vocabant, probans vitam, mirum in modum laudibus tollit ac magnifice praedicat apostolicos suae aetatis viros, ab Ebraeis, ut videtur, oriundos, ac Essaeorum moribus et disciplina praeclare prius institutos. Essaeorum secta scribarum et Pharisaeorum iustitiam magno post se reliquit intervallo. ii a Ionadabo Richabi filio genus ducentes, praestantissimam longe nihil possidendi rationem, iustitiam, temperantiam atque duriter agendae vitae institutum intenderunt, sicut et Iosephus de iis scribit. Essaei natione Iudaei sunt. ii amore mutuo et religione aliis antecellunt, voluptatem tanquam flagitium aversantur, temperantiam continentiam et affectuum vacuitatem virtutis loco sectantur. matrimonia ipsi negligunt, alienos autem liberos tenera ad-

προσλαμβανόμενοι καὶ διδάσκοντες ὡς συγγενεῖς ἡγοῦνται καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσι. καὶ τὸν μὲν ἔννομον καὶ σώφρονα γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν ἀποδέχονται, τὰς δὲ πονηρὰς καὶ θεοστυγεῖς μίξεις καὶ ἀσελγείας τέλεον ἀποστρέφονται καὶ ἀποβάλλονται. καταφρονεῖται δὲ παρ' αὐτοῖς πλοῦτος καὶ πολυκτησία, τὴν δὲ ἀκτημοσύνην ὡς ἀπερίσπαστον καὶ ἐνάρετον ἀσπάζονται. καὶ πρὶν μὲν ἀνίσχειν τὸν ἥλιον οὐδὲν ἀργὸν φθέγγονται, προσευχὰς δὲ καὶ ψαλμῳδίας ἐκ μέσης νυκτὸς μέχρις αὐγῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀναφέρουσι μετ' εὐλαβείας καὶ σεμνότητος. καὶ οὕτω P 199 πρὸς ἣν ἕκαστος ἔχει τέχνην, ὑπὸ τοῦ προεστῶτος ἀποστέλλεται. καὶ μέχρις ὥρας ἕκτης μετὰ νήψεως καὶ θεολογίας, οὕτως ἐπὶ τὸ δειπνητήριον συναθροίζονται μετ' εὐλαβείας καὶ ἡσυχίας πολλῆς. καὶ ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος πάντοτε προσάγει. καὶ προκατεύχεται δὲ τῆς τροφῆς ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς ὁ ἱερεύς· ἀθέμιτον γὰρ πρὸ τῆς εὐχῆς ἡγοῦνται γεύσασθαί τι. καὶ πάλιν ἀριστησάντων ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. καὶ ἁπλῶς ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν θεὸν ἀδιαλείπτως. καὶ αὖθις ἐπ' ἔργα μέχρις ἑσπέρας διακαρτερήσαντες, καὶ δειπνήσαντες μετὰ τῆς συνήθους B σιωπῆς καὶ σεμνοπρεποῦς καταστάσεως, ἐπ' εὐχὰς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κουφοτάτους ἐκτιναξάμενοι. οὗπερ ἐστὶν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις καὶ τὸ με-

11 πέμπτης Iosephus. margo P

huc aetate suscipientes docent ac pro suis habent, suisque eos moribus formant. legitimas castasque nuptias et successionem iis propagatam probant, vitiosos autem et deo invisos concubitus ac lasciviam summopere abominantur. divitias et opulentiam contemnunt: nihil possidere gaudent, quod id praestet ut vita a studio virtutis nequaquam abstrahatur aut impediatur. nullum profanum verbum ante solis ortum edunt: preces autem et psalmorum cantum a media nocte ad lucem usque deo religiose ac cum gravitate offerunt. eo facto quisque ad suum munus a praeside dimittitur. id cum quisque pro se ieiunus atque inter divinarum rerum considerationem obiit, hora sexta ad prandium in commune conveniunt magna cum modestia atque silentio. ibi pistor panes ordine singulis proponit, ac coquus vasculum de unico cibi genere singulis affert. ante autem quam cibum, purum eum et castum, capiant, sacerdos preces fundit: nam nefas putant gustare aliquid deo non ante invocato. idem precandi mos est prandio finito; omninoque et principium et finem suarum actionum habent dei assiduam venerationem. finito prandio ad opera sua digressi ea usque ad vesperam tolerant; coenaque consueto silentio et modestia refecti rursum ad preces conveniunt, brevissimo et levissimo somno excusso. cuius rei causa est continuum ieiunium, et

τρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ πόσιν λιτὴν καὶ ἀπερίεργον καὶ σπανίζουσαν· οὐδεὶς γὰρ παρ' αὐτοῖς κόρος καὶ χορτασία κοιλίας, ἀλλ' ἔνδεια πολλὴ καὶ ὀλιγοδεΐα. τὸν δὲ προσερχόμενον ζηλῶσαι τὸν βίον οὐκ εὐθὺς ἀδοκιμάστως καὶ ἀγυμνάστως παραδέχονται, ἀλλ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν καὶ κατάστασιν, C ἀξινάριόν τε καὶ περίζωμα δόντες καὶ πενιχρὸν ἱμάτιον γυμνάζουσιν ἐπ' ἔργοις ἀρίστοις καὶ λόγοις. εἶτα μετὰ τὴν τῆς καρτερίας ἐπίδειξιν δυσὶν ἄλλοις ἔτεσιν τὸ ἦθος καὶ τὸ ἐν πᾶσιν ὑπήκοον δοκιμάζεται, καὶ φανεὶς ἄξιος καὶ δόκιμος οὕτως εἰς τὸν ἱερὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρό γε οὖν πάντων ὅρκους φρικώδεις ἀπαιτοῦσι, πρῶτον μὲν εὐσεβεῖν καὶ θεραπεύειν ἐξ ὅλης καὶ καθαρᾶς ψυχῆς καὶ σώματος τὸ θεῖον, ἔπειτα δὲ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάττειν ἅπαντα καὶ ἀπροσωπόληπτα, καὶ μὴ κατὰ γνώμην βλάψαι τινά, μήγε μὴν συγκοινωνεῖν ἀδίκοις, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν τοῦ δικαίου καὶ φροντίζειν καὶ βιάζεσθαι πάντως καὶ τὸν D ἐνήδονον καὶ περιττὸν καὶ ὑγρὸν ἀποστρέφεσθαι βίον μέχρι θανάτου. πρὸς δὲ τούτοις ὀμνύουσι πάλιν μηδενὶ μὲν τὸ παράπαν μεταδοῦναι τῶν δογμάτων καὶ τῶν ἁγιοπρεπῶν τούτων ἐπιτηδευμάτων ἢ ὡς ἀκριβῶς αὐτὸς παρέλαβεν, ἀφέξεσθαι δὲ πάσης ἐναντίας δόξης καὶ λατρείας, καὶ ταύτῃ μόνῃ προσανέχειν τῇ θείᾳ μέχρις αἵματος θρησκείᾳ καὶ καταστάσει. ἐκ τῆς πολλῆς δὲ ἀσκήσεως καὶ καθαρότητος πολλοὶ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν ἐκ

quod eis certa mensura datur cibus potusque exilis et vulgaris ac parcus: neque enim apud eos ulla est satietas aut ventris repletio, sed magnus defectus, et paucissima requirere didicerunt. si quis ad eos se conferat eandem vitae rationem sectandi causa, is non statim exploratione aut exercitatione nulla praemissa admittitur, sed per annum foris iubetur eodem victu iisdemque moribus uti. securis ei datur et subligaculum ac tunicula misera: itaque operibus et dictis optimis exercetur. postquam tolerantiam suam probavit, alio biennio de moribus eius et obedientia omnibus in rebus fit periculum. ita tandem dignus atque idoneus iudicatus in sacrum coetum recipitur. ante omnia terribili iureiurando obligare se cogitur primo ad pietatem observandam deumque pura mente et corpore colendum, deinde ad iuste cum omnibus hominibus ac sine personae ullius respectu agendum, quod neque laesurus quemquam dedita opera neque iniustis se socium praebiturus sit, quod pro virili et culturus et defensurus sit institiam, voluptatibus, rebus non necessariis ac mollitiei deditam vitam ad mortem usque declinaturus. rursus praeter haec iurant nemini se quidquam omnino sacrae istius doctrinae ac venerabilium studiorum secus traditurum quam ipsi acceperint, omnem diversam opinionem ac religionem vitaturos, huic divinae religioni unice usque ad sanguinem se pie ac reverenter operam navaturos. consequuntur hoc multi ipsorum perpetua exercitatione atque puritate ut divino nutu atque gratia etiam futura praevideant, dum iugi

θείας ἐπιπνοίας καὶ χάριτος, ἀκαταπαύστῳ μελέτῃ προφητῶν καὶ λοιπῶν ἱερῶν λογίων καὶ προσευχῇ ἐμπαιδοτριβούμενοι.

Ταύτην οὖν ὁ Ἰώσηπος ἄκρως ἀσκήσας τὴν φιλοσοφίαν ἐπὶ P 200 μείζονι προκόπτειν ἔσπευσεν. ἀκούσας γάρ τινα διαφερόντως ἀσκοῦντα κατὰ τὴν ἔρημον Ἀββᾶν ὀνομαζόμενον, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων καλυπτόμενον τροφῇ δὲ αὐτομάτως φυομένῃ χρώμενον, καὶ τὴν ἄκραν ἄσκησιν αὐτοῦ ζηλώσας πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο, καὶ τρεῖς παρ' αὐτῷ ποιήσας ἐνιαυτοὺς εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεψε καὶ τῇ τῶν Φαρισαίων ἐπολιτεύετο δικαιοσύνῃ.

Ὁ δέ γε Φίλων, ὡς εἴρηται, περὶ τῶν ἐξ Ἑβραίων ἡμετέρων ἀσκητῶν ἀναφανέντων μέμνηται σαφῶς ἐν τῷ λόγῳ ἐν ᾧ ἐπέγραψε περὶ θεωρητικοῦ βίου. οὓς θεραπευτὰς καὶ τὰς ὁμοιοσχήμους καὶ ὁμοτρόπους γυναῖκας θεραπευτίδας ὠνόμασε. καὶ θερα- B πευταὶ μέν, φησίν, ἐκέκληντο ἢ παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς ἀπὸ κακίας παθῶν ἰατρῶν δίκην ἀπαλλάττοντας θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ τὸ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς θεραπείας καὶ θρησκείας ἕνεκα. εἶτα φησί· πρῶτα μὲν ἀρχόμενοι φιλοσοφεῖν ἐξίστανται τῶν προσηκόντων καὶ τῶν ὑπαρχόντων, ἔπειτα δὲ πάσαις ἀποταξάμενοι ταῖς τοῦ βίου φροντίσι καὶ ἔξω τειχῶν προελθόντες ἐν μονάγροις καὶ κήποις καὶ ὄρεσι τὰς διατριβὰς ποιοῦνται, τὰς ἐκ τῶν ἀνομιῶν ἐπιμιξίας ἀλυσιτελεῖς τε καὶ βλαβερὰς εἰδότες, τὸν προφητικὸν ζηλοῦσι καὶ ἀσκοῦσι βίον. οὕτω

14 περὶ τὸ ψυχὰς P

studio vatum oracula et reliquum sacrarum literarum lectitantes precibusque incumbentes ita erudiuntur.

In hoc studio cum Iosephus ad summam perfectionem provectus maiores adhuc facere progressus cuperet, audito quendam in solitudine vitam degere, Abbam nomine, cui sub arboribus latibula, vestis, cibus quem terra ultro educeret, ductus aemulatione eius tam absolutae exercitationis ad ipsum se contulit, trienniumque cum homine versatus in urbem rediit, Pharisaeorumque iustam vitam coluit.

Ceterum Philo de Ebraicis nostris ascetis perspicuam facit mentionem in libro quem de vita contemplationi dedita inscripsit. mares therapeutas, feminas habitu et moribus utentes iisdem therapeutidas nominat; idque nominis eis ait inditum vel quod animas eorum qui se ad ipsos conferunt, a vitiis medicorum instar sanant, quod Graece est therapeuein; vel quod deo pure atque sincere colendo serviunt: nam servire etiam seu famulum esse Graecum vocabulum significat. addit deinde Philo: hi ergo cum primum se ad sapientiae studium applicant, bona sua atque possessiones resignant; deinde omnibus vitae curis valere iussis urbes egressi, in solitariis villis hortis aut montibus vitam degunt. quippe consuetudinem peccantium damnosam scientes vatum priscorum aemulantur atque imitantur vitam. hoc genus hominum est

C *πολλαχοῦ μὲν τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τὸ γένος (ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου μετασχεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον), ἐν Αἰγύπτῳ δὲ πλεονάζει, καὶ μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. καὶ ἐν ἑκάστῃ συμμορίᾳ οἴκημά ἐστιν ἱερόν, ὃ καλοῦσι σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδεὶς μηδὲν κομίζοντες, μὴ ποτόν, μὴ σῖτον, μηδέ τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους καὶ τἆλλα οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται καὶ τελειοῦνται. τὸ δὲ ἐξ ἑωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας διάστημα σύμπαν αὐτοῖς ἐστὶν ἄσκησις· ἐντυγχάνοντες*
D *γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι φιλοσοφοῦσι τὴν πατρίαν φιλοσοφίαν. ἐγκράτειαν δὲ ὥσπερ τινὰ θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι τῇ ψυχῇ τὰς ἄλλας ἐποικοδομοῦσιν ἀρετάς· σιτίον γὰρ ἢ ποτὸν οὐδεὶς αὐτῶν προσενέγκοιτο πρὸ ἡλίου δύσεως, ἐπειδήπερ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν ἄξιον φωτὸς κρίνουσι, σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας. ἔνιοι δὲ καὶ δι' ἡμερῶν τριῶν ὑπομιμνήσκονται τροφῆς, οἷς πλέον ὁ πόθος τῆς ἐπιστήμης ἐνίδρυται. τινὲς δὲ οὕτως ἐνευφραίνονται καὶ τρυφῶσιν ὑπὸ σοφίας ἑστιώμενοι πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης, ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν,*
P 201 *μόγις δι' ἡμερῶν ἓξ ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἐθισθέντες. αἱ δὲ ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν λογίων γίνονται αὐτοῖς δι' ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις. πᾶσα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ζώῳ ἐοικέναι, καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς διαλέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν*

in diversis mundi partibus: bonum enim perfectum oportebat et ad Graecos pervenire et ad barbaros. in Aegypto autem magna est eius copia, maxime apud Alexandriam; et in quavis classe domus est sacra, quod semneum dicitur, et monasterium, quod in ea ab hominum turba seclusi venerabilis vitae mysteriis initiantur, nihil quisquam afferentes, non potum, non cibum, non quidquam aliud eorum quae ad usus corporis sunt necessaria: sed leges et oracula vatum, hymnos, atque alia quibus dei cognitio et cultus augentur atque perficiuntur. quicquid est ab aurora ad vesperam usque temporis, id omne iis exercitationibus impenditur. sacras enim literas legentes philosophiam paternam exercent. continentiam tanquam fundamentum in animo suo locant, superque eam reliquas exstruunt virtutes. nemo eorum cibum potumve gustat ante solis occasum. etenim philosophari dignum luce putant, tenebras corporis necessitatibus congruere. quidam scientiae ardentiori desiderio alimenta tertio tantum quoque die admittunt. alii tantum laetitiae ac voluptatis studio sapientiae immorando percipiunt, abunde doctrinae suppeditantis, ut eo veluti convivio detenti aegre sexto demum die cibum sumere adsueverint. ceterum divinorum oraculorum expositio per allegorias, quas vocant, ab iis fit, cum tectus verborum sensus elicitur. tota enim lex sacra iis hominibus videtur animali similis, cuius corpus verba referant, animam autem, qui abditus sub iis conspectum fugit

ἀποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν. ὡσαύτως δὲ τῆς αὐτῆς εἰσὶν ἱερᾶς πολιτείας καὶ καταστάσεως καὶ γυναῖκες, ὧν αἱ πλεῖσται γηραλέαι τυγχάνουσι καὶ παρθένοι, καὶ τὴν ἁγνείαν οὐκ ἀνάγκῃ, καθάπερ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν, φυλάξασαι διὰ πρόσκαιρον ἔπαινον, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἀγαθῆς ὀρεχθεῖσαι τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ καὶ αἰώνια.

Ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδα- B *σκαλίας τά τε ἀρχῆθεν πρὸς τῶν ἀποστόλων παραδεδομένα ἔθη καταλαβὼν ὁ Φίλων ἔγραψε ταῦτα, παντί που δῆλον, ὡς καὶ Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ταῦτα λέγει. ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον ταῦτά φησιν. ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιός φησι· δύο γὰρ ὁδῶν καὶ πολιτειῶν οὐσῶν ἐν τῷ βίῳ, μιᾶς μὲν μετριωτέρας καὶ βιωτικῆς, τοῦ γάμου λέγω, ἑτέρας δὲ ἀγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς καὶ ἀνυπερβλήτου, τῆς παρθενίας ἤτοι τῆς μοναδικῆς πολιτείας, εἰ μέν τις τὴν κοσμικὴν τουτέστι τὸν γάμον ἕλοιτο, μέμψιν οὐκ ἔχει, τοσαῦτα δὲ χαρίσματα οὐ λήψε-* C *ται· λήψεται γάρ, ἐπειδὴ φέρει καὶ αὐτὸς καρπὸν τὸν τριάκοντα. εἰ δὲ τὴν ἁγνὴν καὶ ὑπερκόσμιον ἀσπάσοιτό τις, εἰ καὶ τραχεῖα παρὰ τὴν ἀρετὴν μάλιστα καὶ δυσκατόρθωτος φαίνεται, ἀλλ' ἔχει μετὰ τὴν ἔννομον ἄθλησιν καὶ καρτερίαν χαρίσματα θαυμασιώτερα καὶ ἀξιάγαστα· τὸν γὰρ τέλειον καὶ πληρέστατον καρπόν, τὴν ἑκατοντάδα λέγω, φαιδρὸν καὶ ἁγιοπρεπῆ πάντως ἐγκατέστησεν. οὐκοῦν ὥσπερ ὁ παλαιὸς νόμος εἰς δύο βίους ἦν διῃρημένος,*

17 *τὴν τριακοντάδα?* 19 *περὶ τὴν ἀρχήν?*

sensus. eadem est et sacrarum mulierum conversatio. pleraeque earum vetulae iam virginitatem non coactae, sicuti quaedam apud Graecos sacerdotes momentaneae laudis causa, sed instituto bono ac cupiditate futurorum atque aeternorum bonorum conservarunt.

Constat autem Philonem haec scripsisse, quo tempore primum evangelii praeconium divulgatum est, cum instituta apostolorum prima ipse vidisset. idque Eusebius in historia ecclesiastica et ad Marinum scribens testatur. eodem modo etiam magnus ille Athanasius scribit. cum enim, inquit, duo sint vitae genera, mediocre unum et humanae vitae accommodatum, quod est in matrimonio: alterum angelicum et apostolicum atque incomparabile, quod est virginitatis atque monasticae vitae, si quis sane mundanum, id est coniugii, ingressus fuerit, culpandus non est, dona tamen tanta non accipiet: accipiet tamen, quia is est qui trigecuplum fructum fert. quodsi quis castum illud mundoque superius amplectatur, tametsi id principio asperum atque difficile videatur, tamen legitime confecto certamine toleratisque aerumnis dona consequetur maiore digna admiratione: tulit enim fructum centuplum, perfectum et plenissimum, splendidum omnino atque sancta dignitate insignem. quo igitur modo antiqua lex in duo vitae genera fuit distincta, alterum

εἴς τε τὸν Φαρισαϊκὸν καὶ ὑψηλὸν καὶ εἰς τὸν ὑποδεέστερον καὶ κοσμικόν, οὕτω δὴ καὶ ὁ κατὰ χριστιανισμὸν νέος θεσμὸς εἰς μοναδικὸν ὑπερφερῆ καὶ βιωτικόν.

D Φαρισαῖοι τοίνυν, ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι καὶ μεμερισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐλέγοντο εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα. τὸν δὲ αὐτὸν βίον μετέρχονται καὶ οἱ γραμματεῖς, παρ' οἷς καὶ πολιτεία ἡ αὐτὴ ἐγκράτειά τε καὶ παρθενία, νηστεία δὶς τοῦ σαββάτου, ξεστῶν καὶ πινάκων καὶ ποτηρίων καθαρισμοί, ἀποδεκατώσεις τε καὶ ἀπαρχαὶ καὶ ἐνδελεχεῖς εὐχαὶ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὑπεξαιρουμένων δηλονότι τῶν θαυμασίων Ἐσσαίων ὡς ὑπερτέρων σφόδρα καὶ λίαν ὑπερκειμένων. ἣν δὴ Φαρισαϊκὴν ὡς ἄριστον πολιτείαν ὁ Παῦλος ζηλώ-
P 202 σας εὖ μάλα σεμνύνεται, φάσκων "Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος." ὅθεν εἰκότως καὶ ὁ κύριος ἡμῶν τὸν τελειότερον καὶ ἀγγελικὸν ὑποτιθέμενος ἐναργῶς βίον ἔφασκε πρὸς τοὺς ἐραστὰς τῆς οὐρανίου κληρουχίας "ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." ἔνθεν γέ τοι καὶ ὁ ἀποστολικὸς Διονύσιος ἀποσεμνύνων τὴν ἱερὰν τῶν μοναχῶν τάξιν οὕτω φησίν "ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις ἡ τῶν μοναχῶν ἐστὶν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένη κάθαρσιν ὁλκῇ δυνάμει καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἁγνό-
B τητι, ἔνθεν οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνύμων ἑαυτοὺς ἱερῶν

Pharisaicum et sublime, alterum eo deterius et huius vitae necessitatibus obnoxium, ita et Christianorum nova lex in monasticam ac sublimem et in vulgarem vivendi rationem tribuitur.

Pharisaei nomen a separatione habent, quod sese ab omnibus aliis seiunxissent, ut vitam purissimam atque accuratissimam secundum legis praescriptum possent agere. eandem vitae rationem etiam legis doctores, scribae dicti, tenuerunt. eadem utrinque studia continentiae, virginitatis, ieiunii bis in septimana, sextariorum patellarum atque poculorum ablutionis, decimationis et primitiarum, assiduarum precum, ac reliqua omnia. mirabiles autem Essaei iis potiores sunt, qui longe his antecellunt. sane Paulus Pharisaicam vitam ut praestantissimam sectatus haud obscure eam rem iactat, Ebraeum se ex Ebraeis et Pharisaeum secundum legem nominans. itaque dominus noster perfectiorem et angelicam vitam perspicue praescribens, haud iniuria denuntiavit caelestem hereditatem appetentibus (Matth. 5) eos in regnum caelorum non intraturos, nisi iustitiam Pharisaica et scribarum iustitia ampliorem consecuti fuissent. atque hinc Dionysius ille apostolicus, sacrum monachorum ordinem praedicans, ita loquitur. "omnium sacrorum ordinum supremus est celsissimus monachorum ordo, purgatus exactissime secundum universam facultatem, omnique ornatus castitate suarum actionum.

ἠξίωσαν, οἱ μὲν θεραπευτὰς οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάσαντες ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας."

Ταῦτα ἐκ πολλῶν ἐρανισάμενος ὀλίγα ἀναγκαίως οἶμαι συντέθεικα διὰ τοὺς ἐπαποροῦντας πότε καὶ πόθεν ἡ τῶν μοναχῶν ἤρξατο διαγωγή τε καὶ ἄσκησις καὶ τάξις· ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ τὴν μοναδικὴν πολιτείαν μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας θείων παραδόσεών τε καὶ θεσμῶν εἰκονομάχοι δυσσεβῶς καὶ ἀνοήτως ἀποβαλλόμενοι καὶ διαπτύοντες, ἀρτιφανεῖς Ἰουδαῖοι, καὶ κατὰ τὸν ἀσεβῆ καὶ θεοστυγῆ μυσταγωγὸν αὐτῶν Κοπρώνυμον νέαν καὶ πρόσφατον ταύτην δογματίζοντες ἐξ ἄκρας μανίας τε καὶ C ἀπονοίας καὶ ἀβελτηρίας, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται; ἡμεῖς δὲ ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων πατέρων ἑπόμενοι καὶ ἀρχαίαν ταύτην καὶ παλαιὰν πιστεύομεν ὑπάρχειν.

Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος περὶ ὑποταγῆς καὶ μοναδικῆς πολιτείας ἐξιὼν οὕτως ἔφη "διὰ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος κύριος, κηδόμενος ἡμῶν τῆς σωτηρίας, εἰς δύο βίους διεῖλε τὰ τῶν ἀνθρώπων, συζυγίαν καὶ παρθενίαν, ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸν τῆς παρθενίας καὶ ἀσκήσεως ἆθλον ἔλθῃ εἰς συνοίκησιν γυναικός, ἐκεῖνο εἰδὼς ὡς ἀπαιτηθήσεται λόγον σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐν συζυγίαις καὶ τεκνοτροφίαις ἁγίους ὁμοίωσιν, τούς τε ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ τῇ νέᾳ. πάντες γὰρ ἄνθρωποι ἀπαιτηθησόμεθα τὴν πρὸς τὸ εὐαγγέλιον ὑπακοήν, μοναχοί τε καὶ οἱ ἐν D συζυγίαις. ἀρκέσει γὰρ τῷ ἐπὶ γάμον ἐλθόντι εἰς συγγνώμην τὸ

itaque beati nostri maiores sacris se ipsos nominibus affecerunt, therapeutas et monachos appellantes, eo quod deo caste serviunt."

Haec pauca de multis necesse habui colligere ac referre propter eos qui disputant, quando et unde monachorum coeperit ordo atque vitae institutum. ubi sunt ergo imaginum oppugnatores, qui monasticam vitam una cum aliis apostolicae ecclesiae traditionibus atque constitutionibus impie et stolide reiiciunt atque conspuunt, recentes Iudaei? qui impium ac diis invisum suum initiatorem Copronymum secuti novum esse atque recentem hunc ordinem asserunt, summa insania dementia ac stultitia decepti, neque vel quid dicant vel de quibus asseverent intelligentes? nos autem doctrinam sanctorum patrum secuti credimus eum vetustum atque antiquum esse.

Sed et magnus Basilius de bonorum suorum dimissione et vita monastica sic disserit. "itaque etiam humanus noster dominus nostrae salutis curam gerens, in duo vitae genera divisit homines, virginitatis nempe et coniugii, ut qui impar virginitatis et exercitationis esset certamini, is matrimonium contraheret, id sciens, fore sibi de temperantia sanctimonia et similitudine eorum sanctorum qui in veteri novoque testamento in matrimonio vixerunt rationem reddendam. omnes enim homines rationem postulabimur de praestita evangelio obedientia, sive mo-

τῆς ἀκρασίας καὶ τῆς πρὸς τὸ θῆλυ ἐπιθυμίας καὶ συνουσίας. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐντολῶν πᾶσιν ὁμοίως νενομοθετημένα οὐκ ἀκίνδυνα τοῖς παραβαίνουσι, καθὼς φησιν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς 'ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω.'" ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι τῶν θείων καὶ μακαρίων πατέρων ἐν διαφόροις αὐ-
P 203 τῶν λόγοις διαβεβαιοῦνται ἀρχαίαν καὶ ἀποστολικὴν εἶναι τὴν τοῦ μονήρους βίου παράδοσιν. εἰ δὲ καί τινας τῶν θύραθεν εἰς ταύτην τὴν μαρτυρίαν παράξομεν, μηδεὶς μεμφέσθω ἡμῖν. εἰκότως οὖν ὁ Πλάτων ὑπεμφαίνων τῶν τελείων τὸ σπάνιον ἔφασκεν "οὔ μοι δοκεῖ δυνατὸν ἀνθρώποις μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πλὴν ὀλίγων. μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομεν· ναρθηκοφόροι μὲν γὰρ πολλοί, φιλόσοφοι δὲ σπάνιοι καὶ ὀλίγοι. καλὴ δὲ πρᾶξις καὶ πίστις τελευτήσαντα τυχεῖν ἁπάντων." ὅθεν ἐπήγαγεν ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον κατ' Αἰσχύλον. ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ δοκοῦντι τοιούτῳ εἶναι. ἄδηλον οὖν εἴτε
B τοῦ δικαίου εἴτε τῶν δωρεῶν καὶ τιμῶν ἕνεκα τοιοῦτός ἐστι. γυμνωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ. μηδὲν γὰρ ἔχων δόξαν ἐχέτω μεγίστης ἀδικίας, ἵνα βεβασανισμένος ᾖ εἰς δικαιοσύνην, τὸ μὴ τίτεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας ἢ φιλοδοξίας καὶ ὑπ' αὐτῆς γινομένων, ἀλλ' ἔστω μετάστατος μέχρι θανάτου δοκῶν ἄδικος εἶναι διὰ βίου." καὶ δὴ καὶ Σωκράτης ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν οὕτως ἔφη·

proximi sui. ita ergo corruptus, turpissimisque et impiis studiis extreme pollutus a se ipso et deo invisus redditus populus merito et iustissime tandem abiectus atque desertus est. sicut rursum Malachias ait "cecidit Israelus, neque posthac resurget." et Esaias "quis tibi parcet, Israele, aut quis te in pacem reponat? inquit dominus. retro abibis, egoque manu mea extenta perdam te ac dissipabo te, neque te missum faciam. ecce ego vos arripiam ac disrumpam, urbemque vestram quam vobis dedi; et exponam vos ignominiae aeternae ac opprobrio sempiterno, cuius memoria nunquam aboleatur." enimvero extremum illud excidium eiusque horrenda mala, cum magnus ille os dei Moses, tum post eum Ezechielus ac Ieremias vates divini, ita praedixerunt, ut facile admodum quilibet, quantumvis rudis, ea de re iudicium facere possit. Mosis haec sunt verba in repetitione legis (Deut. 28) "adducet dominus contra te nationes de longinquo, ab extremis terrae partibus, impetu aquilino, gentem impudentem facie. ea te in omnibus tuis urbibus obsidione urgebit, donec deiiciantur muri tui alti atque validi, quibus tu fretus es. vorabunt foetus ventris tui carnes filiorum et filiarum tuarum, ut nihil de vobis supersit, cum te affliget atque in extremas angustias compellet hostis per omnes tuas urbes. tenera ac delicata mulier de vobis foetum sui uteri, suum ipsius partum occulte

καταφύγεται κρυφῇ διὰ τὴν ἔνδειαν πάντων ἐν τῇ στενοχωρίᾳ ἐκείνῃ καὶ θλίψει. καὶ ἔσῃ ἐν αἰνίγματι καὶ παραβολῇ καὶ ἐν B
διηγήματι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἰς οὓς ἂν ἀπαγάγῃ σε κύριος, ἕως ἂν ἐξολοθρεύσῃ σε· καὶ καταλειφθήσεσθε ἐν ἀριθμῷ βραχεῖς, ἀνθ' ὧν ὅτι ἦτε ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ οὐκ εἰσηκούσατε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν. καὶ ἔσται ὃν τρόπον εὐφράνθη κύριος ἐφ' ὑμῖν, ἐξολοθρεῦσαι ὑμᾶς, καὶ ἐξαρθήσεσθε ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς γῆς ἐκείνης, καὶ διασπερεῖ σε κύριος ὁ θεός σου εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς καὶ ἕως ἄκρου τῆς γῆς. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις οὐκ ἀναπαύσει σε, οὐδὲ μὴ γένηται στάσις τῷ ἴχνει τῶν ποδῶν σου. καὶ δώσει σοι κύριος ὁ θεὸς ἐκεῖ καρδίαν ἀθυμοῦσαν καὶ ἐκλείποντας ὀφθαλμοὺς καὶ τηκομένην ψυχήν, καὶ φοβηθήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτός. καὶ ἐρεῖς τὸ πρωῒ ἀπὸ τοῦ φόβου τῆς καρδίας σου,
πῶς ἂν γένοιτο ἑσπέρα; καὶ τὸ ἑσπέρας ἐρεῖς, πῶς ἂν γένοιτο τὸ C
πρωΐ;" ὁ δέ γε Ἰεζεκιὴλ ἔφη "τάδε λέγει Ἀδωναῒ κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σέ, Ἱερουσαλήμ, καὶ ποιήσω ἐν μέσῳ σου κρῖμα ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, καὶ ποιήσω ἐν σοὶ ἃ οὐ πεποίηκα, καὶ οὐ μὴ ποιήσω ὅμοια αὐτῶν. ἔτι διὰ τὰ βδελύγματά σου πάντα, διὰ τοῦτο πατέρες φάγωνται τέκνα αὐτῶν ἐν μέσῳ σου, καὶ πατέρας φάγωνται τέκνα αὐτῶν. καὶ ποιήσω ἐν σοὶ κρίματα, καὶ διασπερῶ πάντας τοὺς καταλοίπους εἰς πάντα ἄνεμον, ἀνθ' ὧν τὰ ἅγιά μου ἐμίανας ἐν πᾶσι τοῖς προσοχθίσμασί σου. κἀγὼ ἀπώσομαί σε, καὶ οὐ μὴ ἐλεήσω σε ἔτι. τὸ τέταρτόν σου ἐν θανάτῳ ἀναλωθήσεται,

comedet: tanta erit omnium rerum penuria istis in calamitatibus. eris autem proverbii loco, et fabula inter populos omnes, ad quos deus te exsulatum mittet, donec te prorsus exscindat. et qui ante numero stellas caeli aequabatis, perexiguo numero supereritis. haec vobis evenient, quia non paruistis voci domini dei vestri. et quemadmodum ante laetitiae domino fuistis, ita vos tum pessundabit, atque ex bona hac terra sublatos disperget per omnes populos ab uno termino terrae usque ad alterum. quin et apud illas gentes nullam tibi concedet requietem, neque patietur te vestigium pedis firmare. dabit tibi deus ibi cor moestum, oculos deficientes animamque dolore tabescentem. eris in metu dies noctesque. mane prae timore cordis optabis vesperam, et vesperi diluculum." Ezechieli haec sunt (cap. 5 et 12): "ita loquitur dominus deus. en o Ierusalem, ego te aggrediar, inque medio tui coram gentibus te condemnabo. ea in te statuam quae neque ante in quenquam statui neque postmodo statuam; idque propter summam tuae impietatis. patres a liberis et liberi a parentibus comedentur in medio tui. ulciscar te, et superstites omnes dispergam in omnes mundi plagas, ideo quod praeter reliqua quibus me offendisti, templum quoque meum polluisti. itaque te repellam a me, neque omnino miserebor tui. quadrans tui peste absumetur, et quadrans in medio tui in conspectu

καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν λιμῷ συντελεσθήσεται ἐνώπιόν σου, ἐν μέσῳ σου, καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν ῥομφαίᾳ πεσεῖται κύκλῳ σου, D *καὶ τὸ τέταρτόν σου εἰς πάντα ἄνεμον διασκορπιῶ. καὶ ὁ μὲν πόλεμος καὶ ἡ ῥομφαία ἔξωθεν, ὁ δὲ λιμὸς καὶ ὁ θάνατος ἔσωθεν ὀλοθρεύσει. οἱ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀνασωζόμενοι ἀναλαλωθήσονται. καὶ ὑπολείψομαι ἐξ αὐτῶν ἐκ ῥομφαίας καὶ λιμοῦ καὶ θανάτου, ὅπως ἂν ἐκδιηγῶνται τὰς ἀνομίας αὐτῶν πάσας ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ τύπτων." διὰ δὴ τοῦτό φησι καὶ ὁ ἱερὸς Χρυσόστομος "οὐκ ἀναιρεῖ πάντας ἄρδην, ἀλλὰ σκορπίζει. τοῦτο γὰρ προϋπεμφαίνων ὁ θεῖος Δαβὶδ ἔλεγε πρὸς αὐτόν 'μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς,' ἤτοι πάντας, 'ἀλλὰ διασκόρπισον,' ἐξ αὐτῶν δήπουθεν, 'ἐν τῇ δυνάμει σου.' περὶ δέ γε τῆς* P 225 *δευτέρας αὐτοῦ ἐλεύσεως καὶ φανερώσεως καὶ πολλῆς καὶ ἀπαραμυθήτου θλίψεως αὐτῶν εἶπε Ζαχαρίας 'τότε ἥξει κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἔσται κοπετὸς μέγας ἐν Ἱερουσαλήμ. ὄψονται γὰρ εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.' ἀλλ' εἰς ὃν ἐξεκέντησαν; τί δέ ἐστι τὸ εἰς ὅν; σταυρὸς ἦν εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. πρὸ γὰρ τῆς φοβερᾶς παρουσίας τοῦ κυρίου, καθάπερ βασιλικὸν σημεῖον, τὸ λεγόμενον σίγνον κατὰ κοινὴν συνήθειαν προτρέχει τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δοξαζόμενον καὶ προευαγγελιζόμενον. καὶ φανήσεται ὁ σταυρὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἀποκρύπτων τὸν ἥλιον καὶ ἀμβλύνων τὴν σελήνην, ὥς φησιν ὁ κύριος 'τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ.' καὶ ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥῆμα Ζαχαρίου,* B *τὴν λέξιν αὐτὴν μετήγαγεν ὁ Χριστὸς λαβὼν εἰς ἀλήθειαν, λέγων*

tuo fame peribit; quadrans circum te gladio cadet, et quadrantem in omnes terrarum plagas disiiciam. foris bellum et gladius vastabit, intus fames et pestis perdet. qui ea fugient, ii captivi ducentur: ii quos non absumet gladius fames et pestis, ut in omnibus nationibus sua omnia peccata narrent, intelligantque me esse dominum qui percutio." propterea etiam beatus Chrysostomus dicit: non omnes internecione abolet, sed quosdam dispergit. id enim divinus Davidus iam ante innuens ita deum alloquitur (Psalm. 58) "non interfice eos" (nimirum universos) "sed quosdam eorum dissipa" scilicet virtute tua. iam de secundo adventu domini ac patefactione et Iudaeorum gravi et insanabili calamitate Zacharias vaticinatus ita est (Zach. 12) "tunc veniet dominus deus noster, magnusque erit eiulatus Hierosolymae. cernent enim quem compunxerint." at quem compunxerunt? crux fuit quam compunxerunt. nam ante domini terribilem adventum, quomodo signum praeferri regi assolet, ita tunc quoque signum ei praecedet, et ab angelis praedicabitur atque laudabitur. apparebit enim crux a terra solem occultans et lunam obscurans, ut dominus his verbis praedixit "tunc in caelo conspicietur signum filii dei." utque verbum Zachariae impleatur, ipsis vocabulis eis dominus usus est ad confirmandam veritatem dicens "et

"τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν." ὁ δέ γε Ἱερεμίας ὁμοίως φάσκει "τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ἰσραήλ. ἰδοὺ ἐπάγω ἐγὼ ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον κακά, ὥστε παντὸς ἀκούοντος αὐτὰ ἠχήσει ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπόν με καὶ ἀπηλλοτρίωσαν τὸν τόπον τοῦτον. καὶ σφάξω τὴν βουλὴν Ἰούδα καὶ τὴν βουλὴν Ἰσραὴλ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ καταβαλῶ αὐτοὺς ἐν τῇ μαχαίρᾳ ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. καὶ δώσω τοὺς νεκροὺς αὐτῶν εἰς βρῶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. καὶ τάξω τὴν πόλιν ταύτην εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς συριγμὸν αἰώνιον, ἵνα πάντες οἱ διαπορευόμενοι δι' αὐτῆς ἐκστήσωνται καὶ σκυθρωπάσωσι C καὶ κινήσωσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἐπὶ πάσης τῆς πληγῆς αὐτῶν. καὶ ὡς ἄνεμον καὶ καύσωνα διασπερῶ αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ δείξω αὐτοῖς ἡμέραν ἀπωλείας. καὶ ἔδονται τὰς σάρκας τῶν υἱῶν αὐτῶν καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἔδεται ἐν τῇ περιοχῇ καὶ ἐν τῇ πολιορκίᾳ ᾗ πολιορκήσουσιν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν. καὶ συντρίψω τὸν λαὸν τοῦτον καὶ τὴν πόλιν ταύτην, καθὼς συντρίβεται ἄγγος ὀστράκινον, ὃ οὐ δυνήσεται ἰαθῆναι ἔτι. οὕτω ποιήσω, λέγει κύριος, τῷ τόπῳ τούτῳ καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ, τοῦ δοθῆναι τὴν πόλιν ταύτην ὡς τὴν διαπίπτουσαν, καὶ δώσω αὐτὴν εἰς διασκορπισμὸν πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς, καὶ ἔσονται εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς παραβολὴν καὶ εἰς μῖσος καὶ εἰς D κατάραν ἐν παντὶ τόπῳ οὗ ἐὰν ἐξώσω αὐτοὺς ἐκεῖ." τί οὖν λοιπὸν τῶν θείων ῥημάτων τούτων ἐκφαντικώτερον ἢ ἀληθέστερον γένοιτ' ἄν; ὅρα οὖν, ἀνόητε καὶ ἀλόγιστε Ἰουδαῖε, εἰ μὴ πεπλή-

videbunt quem compunxerint." similiter et Ieremias loquitur (cap. 19) "haec ait dominus deus Israeli. ecce immittam huic loco res adversas, adeo ut quicunque de iis inaudierit, eius aures tinniant; idque ideo, quia me deseruerunt ac locum hunc abalienarunt. iugulabo senatum Iudae et senatum Israelicum hoc loco, sternamque eos gladio ante hostes suos, et cadavera ipsorum aëreis avibus atque terrestribus bestiis devoranda exponam. efficiam ut urbs haec aboleatur, sitque ludibrio in perpetuum. quicunque ea praeteribunt, obstupescent frontemque corrugabunt et caput movebunt memoria calamitatis illorum. dispergam eos coram hostibus suis instar venti aut aestus aëris; atque mactabo illos exitio. edent suorum filiorum filiarumque carnes, ac proximi quisque sui tempore obsidionis qua ab hostibus prementur. ita conteram populum hunc urbemque hanc, ut vas testaceum conteritur, quod refici non potest. sic, inquit dominus, agam cum urbe hac et eius habitatoribus, ut urbs haec exscindatur et populus dissipetur per omnia regna. erunt opprobrio et loco adagii, omnium odiis et execrationibus obnoxii, quocunque locorum eos expellam." et quid his divinis sermonibus apertius potest aut verius fieri? proinde tu, fatue et rationis inops Iudaee,

ρωνται ταῦτα πάντα ἀπαραλείπτως κατὰ τὰς ἱερὰς προρρήσεις εἰς
ὑμᾶς. καὶ μέντοι καὶ τὰ ὑπὸ Χριστοῦ προκατηγγελμένα καὶ
προηπειλημένα. φησὶ γὰρ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ
ναοῦ "οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον." ἆρα μεμένηκεν; οὐδαμῶς.
καὶ "ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος." ἆρα οὐκ ἠρήμωται;
καὶ σφόδρα γε. καὶ "ἔσται θλῖψις οἵα οὐ γέγονεν." ἆρα οὐκ
P 226 ἐγένετο; ἀνάγνωθι τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου, ἀνδρὸς Ἰουδαίου καὶ
φιλαλήθους· καὶ οὐδὲ ἀναπνεῦσαι λοιπὸν δυνήσῃ, ἀκούων μόνον
ἅπερ ἔπαθον οἱ ἄθλιοι τηνικαῦτα Ἰουδαῖοι διὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ
μανίαν καὶ λύσσαν. ἵνα γὰρ μηδεὶς τῶν Ἰουδαίων ἀπιστήσῃ,
οὐκ ἀλλόφυλόν τινα ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ὁμόπιστον καὶ ζηλωτὴν
παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ ἐλεεινὰ ἐκεῖνα καὶ δυσεξήγητα ἐκτρα-
γῳδῆσαι πάθη. τοιαύτην γὰρ θεήλατον ὑπέστησαν ἅλωσιν οἵαν
οὐδ' ὁ σύμπας οἶδε χρόνος, ἀφ' οὗ γέγονεν ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρω-
πος. καὶ εἰκότως· ἕως μὲν γὰρ εἰς τοὺς ὁμοδούλους ἡμάρτανον,
συγγνώμης ἐτύγχανον, ἡνίκα δὲ εἰς τὸν κοινὸν δεσπότην ἐξήμαρ-
τον, ἀσυγγνώστως ἐκολάσθησαν. ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς πε-
B ποίηκε ταῦτα, ἄκουσον αὐτοῦ πάλιν καὶ διὰ παραβολῆς φάσκον-
τος "τοὺς δὲ μὴ βουληθέντας με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγετε
ὧδε καὶ κατασφάξατε." διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν "ἀρθήσε-
ται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς
καρποὺς αὐτῆς." καὶ πρὸς μὲν τὴν Ἱερουσαλὴμ φησίν "ἕξουσιν

vide an non divinae istae praedictiones, nulla re omissa, omnes impletae sint vestris calamitatibus; atque adeo etiam ea quae Christus praedixit? nam is de Hierosolyma et templo quod in ea fuit, pronuntiavit lapidem lapidi iunctum non relictum iri. idque ita evenisse tu negabis? non puto. item "ecce domus vestra deserta manebit." nonne deserta est? et quidem prorsus. "erunt aerumnae, quales ante non fuerunt." aisne eas non fuisse? lege historiam a Iosepho conscriptam, homine Iudaeo, sed veritatis studioso: non poteris respirare, tantum auditis iis quae miseri Iudaei tunc sunt perpessi ob rabidum furorem quo in Christum desaevierant. quippe, ne quis Iudaeorum in dubium istas res vocaret, non alienigenam aliquem, sed popularem et eiusdem cum Iudaeis religionis eiusque summopere studiosum subornavit veritas, qui miserandas istas enarratuque difficiles calamitates tragice describeret. tantum enim iis divinitus excidium est inflictum, quantum ab hominum memoria nullum unquam fuit. idque merito. quantisper enim in conservos suos deliquerunt, condonata eis culpa est: ut vero communem omnium dominum impetierunt, sine ulla venia supplicio addicti sunt. id autem a Christo ipsis fuisse illatum intelliges ex parabola ab ipso proposita (Luc. 19): "eos" inquit, "qui me suum regem esse noluerunt, huc adductos interficite." atque iccirco iis dixit (Matth. 21) "adimetur vobis regnum, dabiturque genti fructus suos reddendi." urbem quoque ita alloquitur (Luc. 21) "tempus erit cum te hostes tui vallo et obsi-

ἐπὶ σὲ ἡμέραι, καὶ περιβαλοῦσί σοι οἱ ἐχθροί σου χάρακα, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, καὶ ἐδαφιοῦσι τὰ τέκνα σου ἐν σοί·" πρὸς δὲ τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους ἐπάγει λέγων "ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος." ὅπερ οὖν καὶ ὁ θεῖος Δανιὴλ προδηλῶν λέγει "καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ" τουτέστιν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ πάντων C Ἰουδαίων τὰ σεμνὰ καὶ περίβλεπτα ἀνατρέψει. ἀλλὰ καὶ ὁ υἱὸς ὁ Χριστός, ὁ παρ' αὐτῶν ὡς λυτρωτὴς προσδοκώμενος καὶ σωτήρ. οὐ γὰρ εἶπε "διαφθαρήσεται ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς σὺν τῷ ἡγουμένῳ," καθὼς ἀλόγως οἴονταί τινες, ἀλλὰ "διαφθερεῖ ὁ πατὴρ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν," συμπράττοντος δηλονότι καὶ τοῦ παροινηθέντος ὑπ' αὐτῶν ἡγουμένου. περὶ οὗ φησὶν ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὴν Βηθλεὲμ "ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ἡγούμενος" καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ μέντοι καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους οὕτω διηγόρευεν "ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω." ὃ δὴ καὶ πεπλήρωται, πρῶτον μὲν κατὰ καιρὸν τῆς D ἁλώσεως καὶ ἐρημώσεως εἴς τε τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον, εἰσελθὸν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὴν πόλιν ἑλὸν κατὰ τὴν ἐρήμωσιν, ὥς τινες τὸ ῥηθὲν βδέλυγμα οὕτως ἐξειλήφασιν· ἀποτρόπαιοι γὰρ καὶ βδελυκτοὶ κατὰ τὸν νόμον ὑπάρχοντες εἰκότως προείρηνται βδέλυγμα ἐρημώσεως. ἔπειτα δὲ καὶ εἰς ὅπερ ἔστησεν Ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς εἴδωλον αὐτοῦ καὶ τὴν πόλιν τέλεον ἠρήμωσεν. ὁ δὴ Θεοδώρητος αὖθίς φησιν εἰς τὸν Δανιὴλ "ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδὴ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα

dione cingent et undequaque prement, liberosque tuos intra te solo allident." incredulis quoque Iudaeis dixit "ecce relinquitur domus vestra deserta." id quod etiam Danielus praedixit (Dan. 9): "urbem" inquit "et aedem sacram perdet cum principe venturo." hoc est, deus pater omnia quae Iudaei magnifica atque praeclara habent, evertet; et cum eo filius Christus, quem illi servatorem liberatoremque exspectabant. non enim dixit, exscindetur urbs et templum cum ductore, sicuti quidam absurde opinantur: sed hoc vult, exscindet pater templum ac urbem, una operante nimirum eo ductore quem Iudaei contumeliis affecerant. de quo ductore Iacobus Bethlehemam affatur (Mich. 5) "ex te egredietur ductor" etc. ac discipulis quoque suis Christus ita mandavit "cum videbitis abominandum vastitatis signum stare in loco sancto, tunc is qui legit animadvertat." id sane impletum est. primum quidem tempore excidii Romanus exercitus ingressus in aedem dei est, cum urbs caperetur et vastaretur. atque ideo quidam de eo signum vastitatis accipiunt: quippe milites isti cum sint profani ac scelesti, recte in vaticinio abominabile vastitatis signum dicuntur. deinde potest accipi de statua quam sibi Adrianus imperator posuit, urbemque prorsus devastavit. rursus Theodoretus Danielicum oraculum exponens, "abolebitur sacrificium et libatio medio septimanae, et in templo sta-

ἐρημώσεως, συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν," εἰκόνες
P 227 τινὲς τοῦ Καίσαρος, ἀπηγορευμέναι τῷ νόμῳ, εἰς τὸν ναὸν εἰσκομιζόμεναι παρὰ τοῦ Πιλάτου. καὶ ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἀπολήψεσθαι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν, ἐπήγαγεν ὁ προφήτης "καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἕως γάρ φησι τῆς τοῦ κόσμου συντελείας ἡ τῆς ἐρημώσεως συντέλεια μένει, μεταβολὴν οὐ δεχομένη. τοῦτο καὶ Δαβὶδ ἔφη "ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι· καὶ γνώσονται ὅτι ὁ θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς." περὶ ταύτης γὰρ τῆς ἐσχάτης αἰχμαλωσίας τῶν ταλαιπώρων Ἰουδαίων καὶ ἡ θεολόγος ἔφη γλῶττα· φησὶ γάρ "τοῦ σταυροῦ πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτοὺς ἐλαύνοντος ἀπόνοιαν,
B ἣν κατὰ τοῦ σωτῆρος καὶ θεοῦ ὑμῶν ἐπενοήθησαν, τὸν ἐν ἀνθρώπῳ θεὸν ἀγνοήσαντες, καὶ τὴν ῥάβδον τὴν σιδηρᾶν πόρρωθεν ἀπειλουμένην αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτοὺς εἵλκυσαν, τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν ἀρχὴν λέγω καὶ βασιλείαν, καὶ τὴν τελευταίαν αὐτῶν ἀπαγωγὴν καὶ μετανάστασιν, καὶ τὸν νῦν ἐπικείμενον αὐτοῖς τῆς δουλείας ζυγόν, καὶ τὴν περιβόητον ὑπὸ Ῥωμαίοις ταπείνωσιν καὶ διασποράν, ἥν τε νῦν ἔχουσι καὶ ἣν ἐπὶ πλεῖστον ἕξουσι. πείθομαι γὰρ ταῖς περὶ αὐτῶν προρρήσεσι. τίς θρηνήσει πρὸς ἀξίαν τῶν θρήνους γράφειν εἰδότων καὶ λόγους ἐξισοῦν πάθεσι; ποῖαι βίβλοι ταῦτα χωροῦσι; μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκου-
C μένη πᾶσα, καθ' ἣν ἐσπάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεπαυμένη, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόλις γινωσκόμενον." ὁ οὖν

tuetur abominandum vastitatis signum, ac vastitas consummabit," imagines, inquit, quaedam Caesaris, quibus lege divina erat interdictum, in templum a Pilato illatae sunt. ac ne existiment Iudaei se aedem urbem regnumque recepturos, ait vates vastitatis fore perfectionem usque ad finem saeculi, ostendens vastitatem extremam sine ulla mutatione usque ad finem mundi permansuram. quod et Davidus indicavit (Psalm. 58): "in ira" inquit "consummationis, et non erunt amplius: atque cognoscent dominum Iacobo et terminis terrae imperare." de hac extrema miserorum Iudaeorum in servitutem abactione etiam theologus sic loquitur: cruce eos ad extremam adigente vaesaniam, qua adversus servatorem deumque nostrum usi sunt, deum humana amictum natura ignorantes, sceptrum ferreum eminus ipsis minans contra se acciverunt. de nunc obtinente imperio loquor, et Iudaeorum extremo exsilio, eorumque hodierna servitute ac dissipatione, qua a Romanis oppressi sunt. quam et duraturam diutissime oraculis divinis credimus. quisnam eorum qui lamentationes scribere norunt et miserias verbis aequare, istorum satis deploret fortunam? qui libri ista capiant? totus orbis terrarum in quem dispersi sunt, iis pro columna est in qua eorum calamitas incidatur; tum abolitus cultus, et solum urbis cognitu

Ἰώσηπος ἐν Ἱερουσαλὴμ παρὼν τῷ πολέμῳ συνέγραψε μυριάδας τ' ἀπολεσθῆναι τῶν Ἰουδαίων. περὶ δὲ τούτων ἐν τῇ τοῦ Νέρωνος βασιλείᾳ ἐξηγησάμεθα.

Ὁ δέ γε θεῖος Χρυσόστομος τὴν τούτων ἄνοιαν διελέγχων πρὸς πλείοσιν ἄλλοις καὶ ταῦτα φάσκει. "εἰ δὲ φιλονεικεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, περὶ τοῦ τέλους, ἀπὸ τῶν φθασάντων μάνθανε καὶ τὰ παρόντα. σκόπει γάρ. κατέβης εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐγένοντο ἔτη υ', καὶ ταχέως σε τῆς δουλείας ἐκείνης ὁ θεὸς ἀπήλλαξε, καίπερ ἀσεβοῦντα καὶ πορνεύοντα πορνείαν τὴν χαλεπωτάτην. ἀπηλλάγης Αἰγύπτου καὶ προσεκύνησας μόσχῳ, ἔθυσας τοὺς D υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας σου τῷ Βεελφεγὼρ καὶ τοῖς δαιμονίοις, τὸν ναὸν ἐμόλυνας, τὴν φύσιν ἠγνόησας. τὰ ὄρη, τὰς νάπας, τοὺς βουνούς, τὰς πηγάς, τοὺς ποταμούς, τοὺς κήπους τῶν μυσαρῶν θυσιῶν ἐπλήρωσας. προφήτας ἔσφαξας, θυσιαστήρια κατέσκαψας, πᾶν εἶδος κακίας ἐπῆλθες καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἐπεδείξω πονηρίας καὶ ἀσεβείας. ἀλλ' ὅμως ἑβδομήκοντα ἔτη σε παραδοὺς Βαβυλωνίοις πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανήγαγεν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν πατρίδα καὶ τὸν ναὸν ἀπέδωκε καὶ τὸ πάλαι τῆς προφητείας χάρισμα, καὶ πάλιν προφῆται καὶ πνεύματος ἁγίου χάρις. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐγκατελείφθης, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἱερεμίας, καὶ μέντοι καὶ πρὸ τούτων Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ μετ' ἐκεῖνα πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθες κα- P 228 κίαν, καὶ ἐξεβακχεύθης, καὶ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν μετετάξω πο-

difficile. Iosephus quidem, qui ibi bello interfuit, ter 1000000 Iudaeorum periisse scribit. de his plenius in Neronis imperio rettulimus.

Beatus porro Chrysostomus Iudaeorum vaecordiam redarguens inter multa alia etiam haec habet. quodsi, Iudaee, de fine rixaris, ex praeteritis disce praesentia. sic enim considera. descendisti in Aegyptum: sed id fuit exsilium annorum 400, ac mox ex ista servitute te deus asseruit, quamquam impie viveres et scortatione pessima te pollueres. ex Aegypto eductus vitulum adoravisti, filios tuos filiasque Beelphegori et daemonibus immolasti, templum polluisti, naturam pervertisti, abominandis sacrificiis montes lucos colles fontes flumina hortos opplevisti, vates trucidasti, aras destruxisti, omne improbitatis genus exercuisti, neque quicquam tibi malitiae atque impietatis reliquum fecisti. et tamen per annos 70 Babyloniis subiectus, rursum deinde es restitutus libertati, tibique patria et templum reddita sunt et pristinum vaticinii donum, rursusque vates habuisti et spiritus sancti gratiam. imo vero ne captivus quidem dum esses, iis destitutus es: nam et ibi Danielus ac Ezechielus, et in Aegypto Ieremias, atque ante illa tempora Moses atque Aaron in solitudine. secundum haec ad usitatam tibi improbitatem tete rettulisti, bacchatusque impio furore Graecam religionem ample-

λιτείαν ἐπὶ τοῦ ἀσεβοῦς Ἀντιόχου. ἀλλά γε καὶ τότε παραδοθέντες Ἀντιόχῳ ἔτη τρία, τὰ λαμπρὰ διὰ τῶν Μακκαβαίων αὖθις ἐστήσατε τρόπαια. ἀλλὰ νῦν τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν γέγονεν. ὃ καὶ μάλιστα ἔστι θαυμάσαι, ὅτι τὰ μὲν τῆς κακίας ἔληξε, τὰ δὲ τῆς τιμωρίας ἐπιτέταται καὶ οὐδ' ἐλπίδα τινὰ μεταβολῆς ἔχει. οὐ γὰρ ο' ἔτη παρῆλθε μόνον ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα, καὶ οὐδὲ ἐλπίδος σκιὰν ἔστιν εὑρεῖν, καὶ ταῦτα οὐδὲ εἰδωλολατρούντων ὑμῶν, οὔτε ἄλλο τι ποιούντων ἅπερ ἔμπροσθεν ἐτολμᾶτε."

B Ἵνα δὲ σαφέστερον καὶ διεξοδικώτερον τὰ περὶ τούτων εἴπωμεν, ἄνωθεν πάλιν ἀρξώμεθα. τρεῖς δουλείας ὑπέστησαν οἱ Ἰουδαῖοι χαλεπωτάτας, καὶ οὐδὲ μίαν χωρὶς προρρήσεως αὐτοῖς ἐπήγαγεν ἡ θεία δίκη, ἀλλὰ προλεχθῆναι παρεσκεύασεν αὐτοῖς καὶ τόπον καὶ χρόνον καὶ τρόπον καὶ κάκωσιν καὶ τὴν ἐπάνοδον καὶ τἆλλα πάντα μετὰ πολλῆς ἀκριβείας. καὶ περὶ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πρώτης διαλεγόμενος ὁ θεὸς οὕτως ἔφη τῷ Ἀβραὰμ "γινώσκων γνῶθι ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια, τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἐλεύσονται ὧδε." περὶ δὲ τῆς δευτέρας εἶπεν C Ἱερεμίας "οὕτως εἶπε κύριος. ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι τῇ Βαβυλῶνι ο' ἔτη, ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τοὺς ἀγαθοὺς λόγους μου τοῦ ἀποστρέψαι εἰς τὸν τόπον ὑμῶν, καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν, καὶ ἀθροίσω ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν πάντων καὶ ἐκ τῶν τόπων ὑμῶν πάντων, οὗ διέσπειρα ὑμᾶς ἐκεῖ, φησὶ κύριος. καὶ ἐπιστρέψω ὑμᾶς εἰς τὸν τόπον ὅθεν

xus es, Antiocho impio regnante. atque huic tum triennium dediti, mox Maccabaeorum opera rursum praeclara statuistis tropaea. nunc nihil tale, sed prorsus omnia contraria fiunt; quod maxime mirandum est. nam et flagitiorum minus est et plus poenarum, neque ulla mutationis spes. neque enim 70 tantum anni elapsi sunt, sed multo plures; neque vel umbram spei licet invenire, et quidem neque simulacrorum cultu id vobis merentibus, ut olim, neque aliis solitis facinoribus.

Ut autem apertius atque plenius ista enarremus, altius paulo res repetenda est. ter in servitutem acti sunt Iudaei, nunquam non praedictam: nam divina iustitia iis et tempus et locum et modum et afflictionem et reditum aliaque omnia accuratissime praedici curavit. de prima seu Aegyptiaca deus Abrahamum ita praemonuit (Gen. 15) "hoc certo scias, progeniem tuam in peregrino solo inquilinam fore, servituteque pressum et afflictum iri annos 400. seculo quarto huc redibunt." de secunda Ieremias ita vaticinatus fuerat (cap. 29) "sic fatur dominus. exactis Babylone 70 annis vos invisam, ac laeta mea promissa implebo. reducam vos in patriam servitute liberatos, colligamque vos ex omnibus populis et locis quo vos disieceram, inquit dominus.

ἀπῴκισα ὑμᾶς ἐκεῖθεν." δύο μὲν τοιαύτας δουλείας ὁ λόγος διὰ συντόμου ἀπέδειξε, μετὰ προφητείας ἐπελθούσας αὐτοῖς, καὶ οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀπροσδοκήτως. λείπεται οὖν δὴ λοιπὸν τὴν τρίτην ἐπαγαγεῖν. εἶτα καὶ περὶ τῆς νῦν τετάρτης κατεχούσης αὐτοὺς εἰπεῖν δεῖ, καὶ δεῖξαι σαφῶς ὅπως οὐδὲ εἷς προφήτης ἐπηγγείλατο λύσιν ἔσεσθαί τινα τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν οὔτε D μὴν ἀπαλλαγὴν τὸ σύνολον.

Τίς οὖν ἐστὶν ἡ τρίτη; ἡ ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς. ἐπειδὴ γὰρ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Δαρεῖον καθελὼν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν ἀρχήν, τελευτήσαντος τούτου πολλοὶ μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο βασιλεῖς, ἀφ' ὧν εἷς καὶ οὗτος ὁ Ἀντίοχος μετὰ πολὺν ὕστερον χρόνον τό τε ἱερὸν ἐνέπρησε, τά τε ἅγια τῶν ἁγίων ἠρήμωσε, τάς τε θυσίας καθεῖλε, τούς τε Ἰουδαίους ὑπέταξε, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν κατέλυσε πᾶσαν. καὶ ταῦτα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης καὶ μέχρι μιᾶς ἡμέρας προηγόρευτο παρὰ τοῦ Δανιήλ, καὶ πότε ἔσται καὶ πῶς καὶ παρὰ τίνι καὶ τίνι τρόπῳ, καὶ ποῦ τελευτήσει, καὶ τίνα λήψεται μεταβολήν. εἴσεσθε P 229 σαφέστερον αὐτῆς ἀκούσαντες τῆς ὁράσεως, ἃ διὰ παραβολῆς ὑμῖν ὁ προφήτης ἀνήγγειλε. κριὸν μὲν καλεῖ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα Δαρεῖον, τράγον δὲ τὸν τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρον, βασιλέα τῶν Μακεδόνων. τέσσαρα δὴ κέρατα λέγει τοὺς μετ' ἐκεῖνον ἀναστάντας, ἀφ' ὧν ὕστερον κέρας αὐτὸς ὁ Ἀντίοχος ἔφυ. φησὶ γάρ "εἶδον ἐν ὁράματι, καὶ ἰδοὺ κριὸς ἑστηκώς, καὶ αὐτῷ κέρατα ὑψηλά, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου. καὶ τὸ ὑψη-

ac restituam vos eo unde vos abduxi." haec ergo duo exsilia compendio sunt explicata; atque iuxta ea oracula evenerunt ipsis neque gravia adeo neque insperata. restat ut tertiam referamus calamitatem eorum, ac deinde de quarta dicamus, in qua hodieque sunt; demonstremusque aperte neminem vatum iis malorum vel mitigationem, nedum finem promisisse.

Quae ergo est tertia? in quam ab Antiocho Epiphane sunt con iecti. mortuo enim Alexandro Macedonum rege, eo qui Dario victo rerum summam ad se transtulerat, multi postea reges exstiterunt. ex quibus ortus etiam Antiochus ille longo post tempore templum combussit, sanctum adytum vastavit, sacrificia abolevit, Iudaeos subegit, eorumque rem publicam evertit. haec omnia exactissime, etiam dierum numero praecise annotato, Danielus praedixit, quando singula, qui, per quem et quo modo essent futura, quem finem, quam mutationem habitura. haec liquidius cognosces, si Danielicam visionem audias exponi. in qua vates per ambages nomine arietis Darium regem Persarum notat, hirci Graecorum Macedonumque regem Alexandrum, 4 cornuum reges qui ei successerunt; de quibus posterius cornu enatum est, Antiochus nimirum. verba eius sunt (cap. 8) "vidi divinitus apparentem visionem. ecce stabat aries cornibus elatis, quorum unum erat altero sublimius,

λὸν ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτων. καὶ εἶδον τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ B θάλασσαν καὶ βορρᾶν καὶ νότον, καὶ τὰ θηρία πάντα οὐ στήσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ καὶ ἐμεγαλύνθη." τὴν δύναμιν λέγει τὴν Περσικήν, ἣ πᾶσαν ἐπέδραμε τὴν γῆν. εἶτα περὶ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου διαλεγόμενός φησι "καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς καὶ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἦν ἁπτόμενος τῆς γῆς. καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας ἐθεωρεῖτο ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ." εἶτα λέγων τὴν πρὸς Δαρεῖον προσβολὴν καὶ συμβολὴν αὐτοῦ γενομένην καὶ τὴν κατὰ κράτος νίκην, "ἦλθε" φησὶν "ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, καὶ ἠγριώθη, καὶ ἔπαισε τὸν κριόν, καὶ συνέτριψεν C ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ." ἔπειτα διηγούμενος τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν καὶ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλέων διαδοχήν, ἐπάγει λέγων "καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν συνετρίβη τὸ κέρας τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη κέρατα τέσσαρα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ." ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου βασιλείαν ἐλθών, καὶ δεικνὺς ὅτι ἐξ ἑνὸς ἐκείνων τῶν τεσσάρων ἐστί, πάλιν φησὶ "καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἑνὸς ἰσχυρόν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς νότον καὶ πρὸς ἀνατολήν." καὶ σημαίνων ὅτι τὴν Ἰουδαϊκὴν πολιτείαν καθελεῖ, φάσκει "καὶ δι' αὐτὸν θυσία ἐταράχθη παραπτώματι, καὶ ἐγενήθη καὶ κατευωδώθη αὐτό. καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται,

idque posteriore loco surgebat. vidique eum cornibus ictum edentem adversus mare, aquilonem et austrum; neque ullum animal poterat eum subsistere, neque erat qui ab eo defenderet. itaque suo arbitratu agebat ac magnificus erat." his verbis exprimitur regnum Persicum, cuius potentia orbem terrarum pervagata est. inde loquitur de Alexandro Macedone: "ecce autem hircus caprinus ingruebat a parte qua spirat Africus, super universam terram, neque tamen terram attingebat; conspiciebaturque inter oculos eius cornu exstans." postea conflictum eius cum Dario ac victoriam de eo describens "venit" inquit "hircus iste usque ad cornutum illum arietem, et efferatus eum percussit, amboque eius cornua contrivit, neque erat qui vim eius ab ariete defenderet." inde Alexandri exitum depingens quattuorque regum successionem, haec infert "cum autem hircus magnam esset potentiam adeptus, magnum cornu eius frangitur, atque infra illud erumpunt alia quattuor cornua spectantia ad quattuor plagas mundi." porro ad Antiochi regnum perveniens, illumque monstrans ex uno illorum quattuor cornuum exstitisse, rursum dicit "et exiit de uno illorum cornu validum, ingensque factum est versus meridiem et ortum." tum indicans ab eo Iudaicam rem publicam abolitum iri, addit (cap. 11) "ille peccato sacrificium conturbabit, contraque id rem prospere gessit, ac templum vastabitur, et loco

καὶ γενήσεται περὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία." τοῦ γὰρ βωμοῦ καθαιρεθέντος καὶ τῶν ἁγίων καταπατηθέντων εἴδωλον ἔστησεν ἔνδον, D καὶ θυσίαν ἐπετέλει τοῖς δαίμοσι παρανόμως. ὅθεν φησὶν "ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐωδώθη." εἶτα πάλιν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν βασιλείαν Ἀντιόχου ἐπιφανοῦς λέγων καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν ἅλωσιν καὶ τὴν ἐρήμωσιν τοῦ ἱεροῦ, προστίθησι καὶ τὸν χρόνον. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, αὖθις πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καὶ τὰ μεταξὺ πάντα διηγησάμενος ὅσα οἱ Πτολεμαῖοι καὶ οἱ Σέλευκοι συρραγέντες ἀλλήλοις ἐποίησαν καὶ οἱ στρατηγοὶ τούτων εἰργάσαντο, τοὺς δόλους τὰς νίκας τὰς στρατείας τὰς μάχας τὰς ναυμαχίας τὰς πεζο- P 230 μαχίας, προϊὼν εἰς Ἀντίοχον τελευτᾷ πάλιν, καί φησι "βραχίονες ἐξ αὐτοῦ στήσονται, καὶ βεβηλώσουσι τὸ ἁγίασμα, καὶ μεταστήσουσι τὸν ἐνδελεχισμόν," τὰς συνήθεις λέγων θυσίας καὶ καθημερινάς, "καὶ δώσουσιν εἰς αὐτὸν βδέλυγμα, καὶ τοὺς ἀνομοῦντας διαθήκην" τουτέστι τοὺς παραβαίνοντας τῶν Ἰουδαίων "ἀπάξουσιν ἐν ὀλισθήμασι μεθ' ἑαυτῶν καὶ μεταστήσουσι, καὶ λαὸς γινώσκων τὸν θεὸν αὐτοῦ κατισχύσουσι" τὰ ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων λέγων καὶ τὰ ἐπὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος καὶ Ἰωάννου, "καὶ οἱ συνετοὶ λαοῦ συνήσουσιν εἰς πολλά. καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν φλογί" τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως ἐξηγούμενος πάλιν "καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ἐν διαρπαγῇ ἡμερῶν· καὶ ἐν τῷ ἀσθενῆ- B σαι αὐτοὺς βοηθήσονται βοήθειαν μικράν" ἐμφαίνων ὅτι μεταξὺ τῶν κακῶν ἐκείνων δυνήσονται ἀναπνεῦσαι καὶ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῶν

sacrificii erit flagitium." nam Antiochus altari subverso sacrisque conculcatis in templo simulacrum statuit, ac contra legem daemonibus sacrificavit. ideo vates dicit "et humi prostrata est iustitia, contraque illam rem prospere gessit." rursum deinde ipsum illud Antiochi Epiphanis regnum Iudaeorumque cladem et excidium atque vastationem templi referens, tempus etiam commemorat. nam rursus initio petito ab Alexandri regno sub finem libri, eaque omnia persecutus oratione quae ab eo Ptolemaei et Seleuci intestinis bellis congressi invicem facturi essent eorumque ductores dolos victorias expeditiones navalia et terrestria praelia, progressus ad Antiochi usque regnum ita concludit "et brachia ex eo existent, quae sacrarium profanabunt, et iuge sacrificium abolebunt atque polluent, et eos qui testamentum violant (hoc est, Iudaeos a lege deficientes) abducent in lubricitatibus suis atque transferent; superabitque eos populus qui deum cognoscit (Maccabaeos innuit et res a Iuda Simone ac Ioanne gestas), ac prudentes de populo multa intelligent. atterentur autem caedibus et incendiis (incendium urbis rursum designat) et servitute ac direptionibus. atque in suis angustiis modicum eis feretur auxilium (indicans eos inter sua mala respi-

κατειληφότων αὐτοὺς δεινῶν, "καὶ προστεθήσονται πρὸς αὐτοὺς πολλοὶ ἐν ὀλισθήμασι, καὶ ἀπὸ τῶν συνιόντων ἀσθενήσουσι" δεικνὺς ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἑστώτων πεσοῦνται. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν συνεχώρησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν τοσούτοις κακοῖς γίνεσθαι. τίς δὲ αὕτη; "τοῦ πυρῶσαι" φησὶν "ἐν αὐτοῖς καὶ τοῦ ἐκλέξασθαι καὶ τοῦ ἐκλευκᾶναι ἕως καιροῦ πέρας." ταῦτα γάρ φησιν ὁ θεὸς συνεχώρησεν ὥστε αὐτοὺς ἐκκαθᾶραι καὶ δεῖξαι τοὺς ἐν αὐτοῖς δοκίμους. εἶτα διηγούμενος αὐτοῦ ἐκείνου τὴν δύναμιν C ἔφη "καὶ ποιήσει κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ὑψωθήσεται καὶ μεγαλυνθήσεται." καὶ μέντοι καὶ τὴν βλάσφημον αὐτοῦ γνώμην λέγων προσέθηκεν ὅτι ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν θεῶν λαλήσει ὑπέρογκα καὶ κατευθυνεῖ μέχρι συντελεσθῆναι τὴν ὀργήν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας γνώμης ἀλλὰ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων οὕτως ἐκεῖνος ἐκράτει καὶ ἴσχυεν. εἰπὼν οὖν δι' ἑτέρων πλειόνων ὅσα κακὰ ἐργάσεται τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Παλαιστίνην, καὶ πῶς ἐπανήξει καὶ τίνος καλοῦντος καὶ ποίας αἰτίας καταναγκαζούσης, λέγει λοιπὸν καὶ τὴν μεταβολὴν τῶν πραγμάτων τούτων, καὶ ὅτι δίκην δόντες οἱ Ἰουδαῖοι διὰ τούτων ἁπάντων τεύξονταί τινος ἀντιλήψεως, ἀγγέλου πεμφθέντος εἰς τὴν D ἐκείνων βοήθειαν· "ἐν τῷ καιρῷ" γάρ φησιν "ἐκείνῳ ἀναστήσεται Μιχαὴλ ὁ μέγας ἄρχων, ὁ ἐφεστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου. καὶ ἔσται καιρὸς θλίψεως οἷος οὐ γέγονεν ἀφ' οὗ γεγένηται ἔθνος ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου. καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται λαὸς πολὺς ὁ γεγραμμένος ἐν τῇ βίβλῳ,"

rare posse et ex iis aliquatenus emergere). et accedent iis multi in lubricitatibus, multique prudentum deficient," innuens etiam eorum qui stabant multos lapsuros. deinde etiam causam refert cur deus eos passus sit in tantas calamitates devenire: "ut" inquit "eos igne exploraret ac probaret et usque ad definitum tempus purgaret." hoc indicat deum ista fieri sivisse, uti eos expurgaret, et qui inter eos probi essent ostenderet. deinde eiusdem Antiochi potentiam demonstrans ait "agetque pro libito suo, exaltabitur, et fiet magnificus." impietatem quoque eius expressit: "superbe" inquit "deo deorum obloquetur; et rebus secundis utetur, dum irae finis fiat," ostendens Antiochum non a se ipso, sed propter dei iram adversus Iudaeos conceptam tantum potentiae adepturum. inde pluribus verbis complexus quae is mala Aegypto Palaestinaeque iniuncturus, quomodo rediturus, quo vocante et qua necessitate urgente, tandem etiam mutationem istarum rerum exponit. et quod Iudaei istis omnibus cladibus puniti tandem auxilium consequentur, misso ad eos tutandos angelo. "eo" inquit "tempore exsurget Michaelus magnus princeps, patronus populi tui. ad eum usque diem calamitatis tempus erit, quae tanta ingruet quanta ab omni hominum memoria nulla fuit. eo autem die magna servabitur multitudo, scripta in libro," id

τουτέστιν οἱ σωτηρίας ὄντες ἄξιοι. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον οὔπω καὶ
νῦν ἀποδέδεικται. τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ὅτι καὶ χρόνους ὥρισεν ἐν
τοῖς κακοῖς τούτοις, ὥσπερ ἐκεῖ ἔτη τετρακόσια καὶ μετὰ ταῦτα
ἑβδομήκοντα. ἴδωμεν τοίνυν καὶ ἐνταῦθα εἴ τινα χρόνον ὁρίζει.
ποῦ δὴ τοῦτο ἔστιν εὑρεῖν; ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα λεχθησομένοις.
ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἤκουσε κακά, τὸν ἐμπρησμὸν
τῆς πόλεως, τὴν ἀνατροπὴν τοῦ νόμου, τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐπι- P 231
θυμεῖ λοιπὸν τὸ τέλος αὐτῶν μαθεῖν, καὶ εἴ τις ἔσται τῶν συμ-
φορῶν τούτων μεταβολή. καὶ διερωτῶν ἔλεγεν οὕτως "κύριε, τί
τὰ ἔσχατα τούτων; καὶ εἶπε· δεῦρο Δανιήλ, ὅτι ἐμπεφραγμένοι
εἰσὶν οἱ λόγοι ἕως καιροῦ πέρας," τὸ ἀσαφὲς τῶν εἰρημένων αἰ-
νιττόμενος. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς συγχωρήσεως τῶν κακῶν·
"ἕως ἂν ἐκλεγῶσι καὶ ἐκλευκανθῶσι καὶ πυρωθῶσι πολλοί, καὶ
ἀνομήσουσιν ἄνομοι, καὶ οὐ συνήσουσι πάντες ἀσεβεῖς, καὶ νοή-
μονες νοήσωσιν." εἶτα τὸν καιρὸν προλέγων ὅσον μέλλει κατέχειν
αὐτοὺς τὰ δεινά, φησίν "ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως ἐνδελεχισμοῦ."
ἐνδελεχισμὸς δὲ ἐκαλεῖτο ἡ καθημερινὴ θυσία· τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς
τὸ πυκνὸν καὶ συνεχές ἐστιν. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἰουδαίοις καὶ ἐν B
πρωῒ καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ θεῷ θύειν, καὶ
διὰ τοῦτο ἡ θυσία ἐκείνη ἐνδελεχισμὸς ἐλέγετο. "καὶ ἤλλαξε."
διὰ τοῦτό φησιν ὁ ἄγγελος ὅτι ἀπὸ καιροῦ τῆς ἀλλάξεως τοῦ ἐν-
δελεχισμοῦ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς καταλύσεως τῆς θυσίας, εἰσὶ δὲ
ἡμέραι ασϙ', ὅπερ ἐστὶν ἔτη τρία ἥμισυ. εἶτα δηλῶν ὅτι καὶ
λύσις τῶν κακῶν τούτων ἔσται καὶ ἀπαλλαγή, ἐπήγαγε "μακά-

est, ii qui salute digni sunt. sed quod praecipue quaerebatur, nondum demonstravimus, nimirum tempus malorum istorum. nam sicut primae calamitati 400 annos definivit deus, secundae 70, ita videamus an hic quoque certum tempus statuatur. id ergo invenimus in iis verbis quae apud vatem sequuntur. postquam Danielus inaudivit de calamitatibus istis multis atque magnis, de incendio urbis, legis abrogatione et servitute populi, cupit tandem eorum finem cognoscere, et si qua sit futura istorum malorum mutatio. itaque sic interrogat (cap. 12) "domine, quis horum erit finis?" et respondetur "vade Daniele, quia sermones isti usque ad exitum temporis obsignati sunt." ita obscuritas dictorum innuitur. additurque causa cur permissum sit ea mala incidere: "donec" inquit "eligantur atque igne perpurgentur multi, et impii impie agent, neque sapient scelesti, prudentes autem sapient." inde tempus nominat, quamdiu mala ista essent Iudaeos pressura. "ab eo" inquit "tempore, quo sacrificium iuge mutatum fuerit." iuge seu assiduum sacrificium vocatur quotidianum: quotidie enim Iudaei mane ac vesperi solebant deo rem sacram facere. ab eius ergo mutatione, hoc est ab eius abolitione, dies sunt 1290, nimirum anni 3 s. deinde malorum istorum finem fore infert: "beatus qui perfert et sustinet usque

ριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ,ατλέ," ταῖς ,ασλ' μέ προθείς, ἐπειδὴ ἐν μηνὶ καὶ ἥμισυ μηνὸς τὴν συμβολὴν συνέβη γενέσθαι, ἐν ᾗ γέγονε καθαρὰ ἡ νίκη καὶ ἡ παντελὴς τῶν ἐπικει- C μένων κακῶν ἀπαλλαγή. εἰπὼν γάρ "μακάριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ,ατλέ" τὴν ἀπαλλαγὴν ἐδήλωσε. καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν "ὁ φθάσας." ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀσεβησάντων εἶδον τὴν μεταβολήν, οὐκ ἐκείνους μακαρίζει, ἀλλὰ τοὺς ἐν τοῖς καιροῖς τῶν κακῶν ὑπομείναντας καὶ μὴ προδόντας τὴν εὐσέβειαν καὶ τῆς ἀνέσεως τυχόντας. ἀρά τι τούτων σαφέστερον γένοιτ' ἄν;

Ὥρα δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἐλθεῖν καὶ τὴν παροῦσαν αἰχμαλωσίαν καὶ δουλείαν, δι' ἣν καὶ πάντα κεκινήκαμεν ταῦτα. ὅτι μὲν οὖν αἱ τρεῖς προανηγορεύθησαν αἰχμαλωσίαι, ἡ μὲν ἔτη ἔχουσα υ', ἡ δὲ ο', ἡ δὲ τρία ἥμισυ, ἱκανῶς ἐντεῦθεν ἡμῖν, ὡς D οἷόν τε, ἀποδέδεικται. φέρε δὴ λοιπὸν καὶ περὶ ταύτης εἴπωμεν. ὅτι γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐσχάτης τετάρτης καὶ τελευταίας προανεφώνησεν ὁ προφήτης οὗτος, αὐτὸν παρέξομεν τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, τὸν τὰ ἐκείνων φρονοῦντα. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ περὶ τῆς Ἀντιόχου αἰχμαλωσίας καὶ μάρτυρα τὸν προφήτην παρήγαγεν, ἐπάγει καὶ περὶ ταύτης, καὶ φησί "τὸν αὐτόν γέ τοι τρόπον Δανιὴλ καὶ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτῶν ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται." σὺ δέ μοι σκόπει τὸ φιλάληθες τοῦ ἀνδρός, ὅς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, ἀλλ' οὐκ

15 ταύτης] τῆς τετάρτης margo P

ad dies 1335," addens prioribus dies 45: nam mense toto et dimidio exacto pugna est commissa solidaque victoria parta et omnibus malis prorsus liberati Iudaei. dicens enim "beatus qui perfert et sustinet dies 1335" liberationem a malis declaravit. neque simpliciter eum vocat beatum qui ad eum usque diem pertigerit. nam multi etiam impii mutationem istam viderunt; neque tamen eos felices dicit, sed eos tantum qui in istis calamitatibus patientia usi pietatem non prodiderunt; atque tunc sublevati sunt. hisne aliquid evidentius dici potest?

Tempus ergo est ut ad institutum revertamur, cuius gratia haec adduximus, et de ultimo Iudaeorum exsilio dicamus. satis enim perspicue demonstravimus trium priorum calamitatum tempora expresse praedicta fuisse, annorum 400, annorum 70, annorum 3 s. dicamus ergo etiam de quarta: nam de hac etiam quarta atque postrema Danielum vaticinatum, vel Iosephum, hominem ab ipsorum partibus, testem citare licet. cum enim de excidio Antiochico locutus Danieli testimonio sua confirmasset, de quarto sic infert "eodem modo Danielus etiam de Romanorum imperio vaticinatus est, Hierosolymam ab iis vastatum templumque eversum iri." ac mihi veritatis studium in eo viro considera,

ἠνέσχετο ζηλῶσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν. εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται, ἔγραψεν, ὅτι δὲ στήσεταί που τὰ τῆς ἐρημώσεως P 232 οὐκέτι προσέθηκεν, ἐπειδὴ μηδὲ τὸν προφήτην εὗρε τοιοῦτόν τι προσθέντα. ποῦ τοίνυν εἶπε Δανιὴλ ὅτι ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται; ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην τὴν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ ἐποιήσατο, ἦλθε Γαβριὴλ πρὸς αὐτόν, καὶ φησὶν "ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν." ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα χρόνος εἴρηται οὐ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀλλὰ μεθ' ὅσον χρόνον ἔμελλεν ἡ αἰχμαλωσία ἀπαντήσεσθαι. εἶτα πάλιν φησὶν ἀκριβέστερον "καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδας ζʹ καὶ ἑβδομάδας ξβʹ." B ἐνταῦθά μοι νουνεχῶς πρόσεχε· τὸ γὰρ πᾶν ἐνταῦθά ἐστι τὸ ζητούμενον. ἑβδομάδες οὖν ζʹ καὶ ἑβδομάδες ξβʹ υπγʹ ἔτη εἰσίν. ἑβδομάδας γὰρ οὐχ ἡμερῶν ἐνταῦθα λέγει, οὐδὲ μηνῶν, ἀλλ' ἑβδομάδας ἐνιαυτῶν. ἀπὸ δὲ Κύρου ἐπὶ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην ἔτη εἰσὶ τϙδʹ. εἶτα διδάσκων ἡμᾶς πόθεν ἀριθμεῖν δεῖ, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπανόδου ἀλλ' ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ. οὐκ ἐπὶ Κύρῳ δὲ ᾠκοδομήθη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἀρταξέρξου τοῦ μακρόχειρος. μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον ἐπανῆλθε Καμβύσης, εἶτα οἱ Μάγοι, καὶ μετ' ἐκείνους Δαρεῖος Ὑστάσπου, μεθ' ὃν C Ξέρξης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρταβάνης. εἶτα Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ

qui tametsi Iudaeus erat, Iudaicam tamen contendendi et mentiendi libidinem imitari noluit. cum enim excidium urbis et templi scripsisset, non addit quando ei calamitati finis sit futurus, quia ipsum quoque vatem nihil tale addidisse videbat. audi vero ubi Danielus vastationem templi praedixerit. postquam sacco indutus et cinere conspersus deum deprecatus fuit, venit ad eum Gabrielus, ac dicit: 70 septimanae deciduntur populo tuo, et urbi sanctae. ecce tempus quo non ipsius calamitatis mora, sed quando esset futura ea designatur. mox expressius ait "cognosces atque intelliges, ab exitu sermonis, cum decretum fiet de instauranda Hierosolyma, usque ad imperium uncti, erunt septimanae 7 et septimanae 62." atque hic mihi diligenter animum adverte: hic enim est id quod quaeritur. septimanae 7 et aliae 62 annos redigunt 483: non enim dierum, non mensium, sed annorum septimanae intelliguntur. iam a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem et urbem ab eo captam anni sunt 394. docet porro nos, a quo initio anni sint numerandi: non a die reditus, sed a publicatione decreti de instauranda urbe. atqui non Cyro sed Artaxerxe demum Longimano regnante ea est refecta. nam a reditu Iudaeorum supervenit Cambyses, deinde Magi, post eos Darius Hystaspis filius, inde Xerxes Darii filius et Artabanus, tandem

*ἐβασίλευσε τῆς Περσίδος· ἐν τῷ κʹ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ
Νεεμίας ἀνελθὼν τὴν πόλιν ἀνέστησεν, ἅπερ ὁ Ἔσδρας ἀκριβῶς
ἡμῖν διηγήσατο. ἂν τοίνυν ἐντεῦθεν τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία
θῶμεν ἔτη, ἥξομεν πάντως ἐπὶ τὴν κατασκαφὴν ταύτης, ὡς καὶ
Ἰώσηπος αὖθις μαρτυρεῖ λέγων "τὴν δὲ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ
ἐρήμωσιν συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν Δανιὴλ προφητείαν, πρὸ υʹ
καὶ ηʹ γενομένην ἐτῶν." διὰ τοῦτό φησιν, οἰκοδομηθήσεται πλα-
τεῖα καὶ περίτειχος. ἐπειδὰν οὖν ἀναστῇ καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπολάβῃ
σχῆμα, ἀπ᾽ ἐκείνου τὰς οʹ ἑβδομάδας ἀρίθμει. μετὰ δὲ τὰς*
D *ἑβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔσται ἐν
αὐτῷ, καθὼς προείρηται. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ
Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι
ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν οἱ μάταιοι θεο-
μαχοῦντες. χειρωσάμενος δὴ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν πόλιν
πᾶσαν καταστρέψας καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, καὶ μετὰ
ταῦτα αὐτὴν ἀνεγείρας, Αἰλίαν αὐτὴν προσηγόρευσε κατὰ τὴν
αὐτοῦ ἐπωνυμίαν. ὅθεν ὁ Χριστὸς μετὰ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ
παραγενόμενος, καὶ προαναφωνῶν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι αἰχμα-
λωσίαν, καὶ δεικνὺς ὅτι ὁ Δανιὴλ περὶ αὐτῆς προεῖπε, φησὶν*
P 233 *"ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ
προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω." ἐπειδὴ
γὰρ ἅπαν εἴδωλον καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου βδέλυγμα παρὰ
τοῖς Ἰουδαίοις ἐκαλεῖτο, αἰνιγματωδῶς ἐμφαίνων τὸν ἀνδριάντα
ἐκεῖνον, ὁμοῦ καὶ πότε καὶ ὑπὸ τίνος ἔσται ἡ αἰχμαλωσία προανήγ-*

Artaxerxes Longimanus regno Persico est potitus. eius regni anno vigesimo Neemias profectus urbem reparavit; quod Esdras nobis accurate narrat. inde si numeremus annos 483, prorsus ad excidium eius pertingemus. sicut rursum his verbis testatur Iosephus: urbis autem et templi vastationem secundum Danielicum oraculum evenire contigit ante annos 408. propterea inquit, aedificabitur platea et murus. cum ergo refecta fuerit urbs suamque formam receperit, tunc incipe numerare 70 septimanas; quibus finitis, delebitur unctio et cessabit iudicium, uti prius diximus. enimvero post excidium urbis, quod Vespasiano et Tito imperantibus fuit, Adriano imperante Iudaei collecti irrito contra deum conatu aggressi sunt rem publicam pristinam instaurare. sed Adrianus eos armis domuit, urbemque funditus evertit, et reliquias eius omnes abolevit; aliamque inde ibi urbem condens de suo nomine Aeliam dixit. itaque Christus post Antiochi tempora exhibitus et futurum excidium praedicens, ostendensque de eo Danielum esse vaticinatum, ait "cum videbitis abominandum vastitatis signum, de quo Danielus vates locutus est, stare in loco sancto, qui legit, animum advertat." quia enim omne simulacrum et effigies humana a Iudaeis abominatio dicitur, per ambages illam statuam innuens, simul et quando et a quo urbs esset exscin-

γειλεν. ὅτι δὲ περὶ τῶν Ῥωμαίων εἴρηται ταῦτα, καὶ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, καθὼς προέφημεν. τίς οὖν αὐτοῖς ὑπολείπεται λοιπὸν λόγος; ὅταν τὰς μὲν αἰχμαλωσίας οἱ προφῆται φαίνωνται μετὰ διωρισμένων χρόνων εἰπόντες, ταύτῃ δὲ μηδένα χρόνον ὁρίσαντες, ἀλλὰ τοὐναντίον εἰπόντες ὅτι μέχρι συντελείας ἔσται ἡ ἐρήμωσις. B
ὅτι μὲν εἰ τέλος ἡ παροῦσα ἔμελλε δουλεία λήψεσθαι, καὶ τοῦτο ἂν προεῖπον οἱ προφῆται καὶ οὐκ ἐσίγησαν, ἱκανῶς ἀπεδείξαμεν, τὰς αἰχμαλωσίας ἁπάσας μετὰ προρρήσεως δείξαντες ἐπενεχθείσας αὐτοῖς· ἑκάστης γὰρ τούτων καὶ τρόπους καὶ χρόνους προανακηρυχθέντας διὰ τῶν θείων γραφῶν ἀπεδείξαμεν. τῇ παρούσῃ δὲ οὐδεὶς προφήτης ὥρισε χρόνον, ἀλλ' ὅτι μὲν ἥξει καὶ ἐρημώσει πάντα καὶ μεταστήσει τὴν πολιτείαν, καὶ μετὰ πόσον χρόνον τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου συμβήσεται, προεῖπεν ὁ Δανιήλ, ὅτι δὲ τέλος ἕξει καὶ στήσεταί που τὰ κακὰ ταῦτα, οὔτ' ἐκεῖνος ἐδήλωσεν οὔτ' ἄλλος τις προφήτης, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, ὡς εἴρηται, προεῖπον ὅτι ἕως συντελείας καθέξει αὐτοὺς ἡ ταλαιπωρία αὕτη. C
καὶ μάλα εἰκότως· καὶ γὰρ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις ὁ τοσοῦτος διαγενόμενος χρόνος καὶ οὔτε ἴχνος οὔτε προοίμιον χρηστῆς μεταβολῆς ἐνδειξάμενος, καὶ ταῦτα πολλάκις ἐπιχειρησάντων αὐτῶν ἀναστῆσαι τὸν ναόν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ διακωλυθέντων πρῶτον μὲν ὑπὸ στρατιωτῶν, ὕστερον δὲ ἐπὶ τοῦ παραβάτου πυρὸς τῶν θεμελίων ἐκπηδήσαντος καὶ κατασχόντος αὐτοὺς τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας τε καὶ παραβάσεως.

denda monstravit. atque id de Romanis esse dictum, etiam Iosephi testimonio docuimus. quid ergo Iudaeis superest quod dicant? quando vates calamitatum simul tempora praedicentes definita, huius nullum terminum constituerunt, sed contra vastitatem eam usque ad finem mundi duraturam pronuntiaverunt. satisque est a nobis demonstratum, si quidem finis esset futurus huic ultimo exsilio, vates divinos eum fuisse praedicturos et nequaquam silentio praeterituros. quippe superiores miserias omnes cum ita praedixerint ut simul spatium quod duraturae essent definirent, modosque et tempora exprimerent, sicuti ex Scriptura docuimus, huic ultimae nemo eorum tempus constituit. id quidem urbis et rei publicae fore excidium, addito quot annos post reditum ex Babylone id eventurum esset, vaticinatus est Danielus: finem autem istis malis aliquem fore neque ille neque quisquam omnino vatum praedixit: imo, uti diximus, contrarium pronuntiaverunt, usque ad finem mundi in istis miseriis futures Iudaeos. idque admodum consentaneum fuit; et tantum ab illo excidio temporis elapsum iis testimonium perhibet, quo toto ne vestigium quidem ullum aut principium bonae mutationis sese ostendit. et quidem Iudaei saepe conati templum reficere sub Adriano Constantino et Iuliano, prohibiti sunt, primum quidem a militibus, sub Iuliano autem igni ex fundamentis erumpente eorumque intempestivum atque impium conatum avertente. dicant vero nobis quidnam causae

ὅθεν τοίνυν λεγέτωσαν ἡμῖν, τίνος ἕνεκα ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοσοῦτον διατρίψαντες χρόνον ἐν κακουχίᾳ ἐλέους ἔτυχον, καὶ εἰς Βαβυ-
D *λῶνα πάλιν ἀπενεχθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὰ ἴδια, καὶ ὑπ' Ἀντιόχου τοσαῦτα κακὰ παθόντες αὖθις πρὸς τὸ πρότερον ἐπανῆλθον ἀξίωμα, νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γεγένηται, ἀλλὰ πεντακοσίων ἐτῶν, νῦν δὲ χιλίων ἐξ ἐκείνου διελθόντων οὐδὲ αἴνιγμα τοιαύτης μεταβολῆς ὁρῶμεν φαινόμενον οἷον τὸ πρότερον. εἰ δὲ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν προβάλοιντο, καὶ εἴποιεν, ἐπεὶ ἡμάρτομεν τῷ θεῷ, διὰ τοῦτο οὐκ ἀπολαμβάνομεν τὴν οἰκείαν χώραν, πάλιν δ' ἂν εἰκότως αὐτοὺς ἐρήσομαι· διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὦ Ἰουδαῖοι, ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ διατρίβετε χρόνον τοσοῦτον; καὶ τί τὸ καινὸν καὶ*
P 234 *παράδοξον; μὴ γὰρ νῦν ἐν ἁμαρτίαις ζῆτε μόνον, παρὰ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κατορθώμασιν; οὐκ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς συνανετράφητε παρανομίαις; οὐχὶ τῆς θαλάσσης σχιζομένης καὶ τῶν πετρῶν ῥηγνυμένων καὶ τοσούτων θαυμάτων γινομένων περὶ τῆς ἐρήμου προσεκυνήσατε μόσχῳ; οὐ τὸν Μωϋσέα λίθοις βάλλοντες καὶ ἑτέροις μυρίοις τρόποις ἀνελεῖν ἐπεχειρήσατε πολλάκις, καὶ τὸν θεὸν παρωργίζετε βλασφημοῦντες; οὐ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθητε; οὐ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας ἐθύσατε τοῖς δαιμονίοις καὶ τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς ἐθεραπεύσατε; οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτίας καὶ κακίας ἐπεδείξασθε; πῶς οὖν ὑμᾶς*
B *οὐκ ἀπεστράφη τότε ὁ θεός, ἀλλὰ μετὰ τὰς παιδοκτονίας καὶ τὰς εἰδωλολατρίας, μετὰ τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ προφήτας ἀφῆκε παρ' ὑμῖν εἶναι διαφόρους, καὶ σημεῖα εἰργάζοντο καὶ θαύ-*

eorum navigantes quo volunt deducentes, alii excipientes? quin et contrariis incedentes viis atque ministeria sua obeuntes utili vitae nostrae pugna inter se decertant. sexcenta possent commemorari ventorum officia: sed tamen vates his omnibus enumerandis supersedens facilitatem tantummodo opificii expressit. qui enim dicit "de thesauris ipsorum," is non dicit quosdam esse ventorum thesauros, sed significat quam facile sit ei qui mandat, omnia pro suo arbitrio in promptu habere. quemadmodum enim rem quam in thesauro habemus, facile ex eo vel promimus, vel, si visum sit, recondimus, ita universi opifex omnia nullo negotio effecit ac naturae tradidit. vidisti quanta sit in aëre varietas, sicut et in aqua et in igne multae sunt varietates. aquarum enim alia est fontana, alia marina, alia aërea, alia in nebulis, alia supra caelos, alia supra homines, alia infra terram, ex qua etiam diversis locis aquae ebulliunt mirabiliter ab igne qui sub terra est calefactae. ignis alius in sole est, alius in luna, alius in fulguribus, alius in aëre, alius qui ex lignis a nobis et lucernis exit, alius qui ex terra erumpit: multis enim locis eum edi videmus non secus quam etiam fontes. alius ignis est qui attritu lapidum eiicitur, et alius qui attritu frondium arborearum; alius in fulminibus ex aethere, alius ex aqua et vitris pellucidissimis ac pu-

ῥᾳστάτων ἐξάλλεσθαι πέφυκεν. οὕτω δὲ καὶ ἐν ἀέρι πάλιν ὁ μέν ἐστι παχύτερος ὁ περὶ ἡμᾶς καὶ φθοροποιὸς καὶ νόσων ποικίλων ἐπικινδύνων αἴτιος, ὁ δὲ λεπτότερος καὶ σωμάτων εὐκρασίας καὶ εὐρωστίας πρόξενος, ὁ δὲ αὐότερος καὶ πυρωδέστερος. ὥσπερ καὶ τῶν ἀνέμων πολλαὶ διαφοραί· ὁ μὲν γάρ ἐστι λεπτότερος ὁ δὲ παχύτερος, ὁ μὲν ψυχρότερος ὁ δὲ ξηρότερος, ὁ μὲν ὑγρότερος ὁ δὲ θερμότερος. ὅθεν οὖν ὁ προφήτης ἐμπεσὼν εἰς τὴν ἄβυσσον τῶν εὐεργετημάτων τούτων καὶ τῶν τοιούτων, ἐν οἷς ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις καὶ σοφία δείκνυται, καὶ ἰδὼν τὸ πέλαγος ἀχανές, ἀπεπήδησε μέγα βοήσας ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα D ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, καὶ σοφίας ἐνέπλησας τά τε ἔμψυχα καὶ τὰ ἄψυχα.

Μετὰ δὲ Τίτον ἐβασίλευσε Δομετιανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ιε' μῆνας ια', καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ ναῷ Ῥώμης κατ' ἐπιβουλὴν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. διάδοχος γὰρ γενόμενος τοῦ ἀδελφοῦ οὐ τὴν πατρικήν τε καὶ ἀδελφικὴν ἐζήλωσεν ἀριστοπολιτείαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ Τιβερίου καὶ Νέρωνος ἀνοσιεργίαν ἐκ διαμέτρου. καὶ δὴ πᾶν εἶδος κακίας ἐπελθών, μιαιφονίας τε καὶ γυναικομανίας ἅμα καὶ ἀνδρομανίας ἀνάπλεως γενόμενος, ἑαυτὸν ὁ ἄθεος τελευταῖον ἀπεθέωσε. κἀντεῦθεν ἔχθιστον ἅπασι καὶ ἀπόβλητον διὰ τὸ P 245 φονικόν τε καὶ θηριῶδες τῆς μιαρᾶς γνώμης ἑαυτὸν ὁ τάλας ἀποφήνας, εἰκότως μάλα τὰ ἐπίχειρα τῆς οἰκείας δυσμενείας κομισάμενος αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν μυσαρὸν καὶ βέβηλον καταστρέφει βίον,

16 ἄριστον πολιτείαν P

rissimis exsilire solet. sic et quod ad aërem attinet, alius est crassior, qui nos ambit, isque corruptionis causa est et multorum periculosorum morborum; alius tenuior, qui corporibus bonam temperiem et firmitatem conciliat; alius siccior et fervidior. sic et ventorum sunt differentiae secundum tenuitatem crassitiem frigus siccitatem humiditatem caliditatem. itaque vates cum in inexhaustam tot tantorumque dei beneficiorum abyssum incidisset commemorandam, quibus dei potentia atque sapientia demonstratur, vidensque immensum se mare ingressum, resiluit hac cum exclamatione: magnificentissima sunt tua, domine, opera: sapienter omnia fecisti, sapientiaque omnia et animata et inanimata implevisti.

Tito successit in imperium frater eius Domitianus, idque tenuit annos 15, menses 11. isque in templo Romae est interfectus insidiis suae uxoris. neque patris hic neque fratris sectatus est mores, sed contra Tiberii ac Neronis scelera imitatus est. cum se omni genere flagitiorum homicidiorumque et libidine in mares feminasque effusa polluisset, tandem homo a deo alienus deum se ipsum appellavit. indeque cum se ob truculentiam immanitatem ac flagitiosa consilia omnibus invisum et contemptum reddidisset, miser meritas domesticis inimicitiis poenas de-

ὡς εἴρηται. οὗτος τὰς γενέσεις τῶν πρώτων τῆς Ῥώμης ἐρευνῶν, οὐκ ὀλίγους εὑρίσκων ἐν δυνάμει ἔσεσθαι ἀνῄρει διὰ προφάσεως. οὗτος διέταξεν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀμπέλους μὴ φυτεύειν. οὗτος τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ καὶ Χριστοῦ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν· ἐδεδίει γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου ὡς καὶ Ἡρώδης ὁ παιδοκτόνος.
B τοῦ κηρύγματος δὲ ἤδη δύναμιν λαμβάνοντος ἤγαγον συγγενεῖς τοῦ κυρίου πρὸς Δομετιανόν. οὓς καὶ ἐπηρώτησεν εἰ ἐκ Δαβὶδ καὶ Χριστοῦ εἰσι. καὶ ὡμολόγησαν. καὶ πόσων, ἔφη, χρημάτων κυριεύετε; ἐννέα, φασί, δηναρίων οἱ πάντες, καὶ πλέθρων γῆς ὀλίγων, ἐξ ὧν τοὺς φόρους ἀναφέρομεν. καὶ τὰς χεῖρας σκληρὰς ἐκ τῆς ἐργασίας ἐπεδείκνυον. ὁ δέ, καὶ ὁποία τίς ἐστιν ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία, καὶ πότε φανησομένη; ὡς οὐ κοσμικὴ οὐδὲ ἐπίγειος, ἔφασαν, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐν δόξῃ ἐρχομένη κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ἐφ' οἷς αὐτὸς τούτων
C καταφρονήσας ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι ἐκέλευσε, τὸν δὲ τῆς ἐκκλησίας διωγμὸν καταπαῦσαι. οὗτος ὁ Δομετιανὸς Νερούαν τινὰ ὑπεύθυνον ἐκέλευσε ζῶντα βληθῆναι εἰς πῦρ. τῶν δὲ ἀστρονόμων εἰπόντων ὑπὸ κυνὸς τοῦτον ἀναλωθήσεσθαι, εὐθὺς ὑετὸς κατενεχθεὶς πολὺς τὴν πυρκαϊὰν ἔσβεσε, καὶ δεδεμένον ἔτι τὼ χεῖρε κύνες ἀφεθέντες τοῦτον κατέφαγον. Λάργιος δὲ ἀστρονόμος εἶπεν εἰς ὄψιν τῷ Δομετιανῷ τεθνήξεσθαι ἡμέρᾳ τῇδε. ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν φυλαχθῆναι ἐν δεσμοῖς, ὡς ἂν τῆς ἡμέρας διελ-

dit, turpissimaque morte sceleratam clausit vitam. is principum Romae virorum indagans nativitates, cum non paucis promitti magnam potentiam deprehenderet, eos captata occasione sustulit. edixit per urbes ne quis vites plantaret. idem genere Davidum et Christum attingentes conquiri iussit, exemplo Herodis infanticidae sibi a Christi adventu metuens. mandatum eius ministri exsecuti adduxerunt Christi cognatos ad imperatorem. ii interrogati a Domitiano an a Davido et Christo genus ducerent, ita esse fassi sunt. "quantae ergo" inquit Domitianus "vestrae sunt facultates?" responderunt universis esse novem denarios et pauca agri iugera, unde tributum solvant: simul et manus, quae callos duxerant opere faciundo, ostenderunt. tum imperator "et quodnam est Christi regnum, ac quando appetet?" responderunt non esse mundanum neque terrenum sed caeleste, et Christum in fine mundi id initurum, ubi de vivis sit et mortuis iudicaturus. ob haec imperator istis hominibus spretis, libertate donavit eos, et a prosequendis Christianis desisti iussit. is Domitianus Nervam quendam rei capitalis damnatum vivum in ignem coniici iussit. astrologis autem praedicentibus eum a cane laniatum iri, statim largus imber obortus rogum exstinxit, et immissi Nervae adhuc manus ligato canes eum devoraverunt. Largius vero astrologus in faciem Domitiano dixit eum die quam nominabat moriturum. Domitianus eum servari in vinculis iussit, ut ea die exacta

θούσης τῇ ἐπαύριον ἀναιρήσῃ. ἀλλὰ σφαγέντος αὐτοῦ ὑπὸ Στεφάνου ἀπελευθέρου αὐτοῦ ἀπελύθη ἀβλαβής. οὗτος Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα ἀπέκειρε καὶ δέσμιον εἰς δικαστήριον ἤγαγε. τότε φασὶ καὶ τὸ πολυθρύλητον ἔπος ἐκεῖνο τὸν Ἀπολλώνιον εἰπεῖν D "οὐ μάν με κτανέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι," καὶ ἄφαντον γενέσθαι παραχρῆμα, κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ὥραν εὑρεθῆναι εἰς Ποτιόλους ἡμερῶν τριῶν διάστημα. ὃς εὑρὼν ἐκεῖσε τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Δάμαντα ἀνήγγειλεν αὐτῷ τὰ κατ' αὐτόν, καθὰ Φιλόστρατος ἱστορεῖ. καὶ τῷ μετὰ Δομετιανὸν μέλλοντι βασιλεῦσαι Νέρουᾳ τὴν τελευτὴν γράμμασιν οἰκείοις προεσήμανεν. ἐφ' οὗ Τιμόθεος ὁ ἀπόστολος καὶ Ὀνήσιμος ἐμαρτύρησαν, καὶ Κλήμης ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναιρεῖται, καὶ Ἰωάννης εὐαγγελιστὴς ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ὡς ὑπεύθυνος ἐξορίζεται.

Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀπὸ Ῥώμης ἐλθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ P 246 παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων, ἐποίησε ταῦτα, φυγαδεύσας τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων καὶ σκορπίων ἐκ τῆς πόλεως, ὥστε μὴ ἀδικεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τῶν ἵππων τὴν ἀταξίαν χαλινώσας ἐν ταῖς συνελεύσεσι τῶν ἀρχόντων. ὡσαύτως καὶ εἰς Ἀντιόχειαν παραγενόμενος δυσωπηθεὶς ἐποίησε. τυραννουμένων γὰρ τῶν Ἀντιοχέων ὑπὸ τῶν σκορπίων καὶ κωνώπων, ποιήσας χαλκὸν σκορπίον καὶ χώσας αὐτὸν ἐν τῇ γῇ καὶ μικρὸν ἐπιστήσας ἐπάνω κίονα, βαστάζειν προσέταξε καλάμους τῷ λαῷ, καὶ περιερχομένους ἐν τῇ πόλει κράζειν τοὺς καλάμους ἐπισείοντας ἀκώ-

postridie necandum. sed imperatore, uti praedixerat, occiso fuit a Stephano liberto illius sine noxa dimissus. is Domitianus Apollonium Tyaneum tonsum vinctumque ad tribunal adduxit. quo tempore ferunt id fuisse ab Apollonio dictum quod omnium deinde sermone est celebratum, "me non interimes: non hoc tibi fata dederunt." simulque subito conspectui hominum subductum fuisse, inventumque eadem hora Puteolis, tridui a Roma itinere, discipulo suo Damidi ibidem reperto, quid secum fuisset actum exposuisse. auctor Philostratus. hic Apollonius Nervae, qui fuerat Domitiano successurus, exitum propriis literis praedixit. Domitiano imperante doctrinam Christianam Timotheus apostolus et Onesimus suo supplicio confirmarunt; itemque Clemens, et Ioannes evangelista damnatus in insulam Patmon est deportatus.

Ceterum Apollonius Roma Byzantium profectus rogatu civium ea urbe multitudinem anguium ac scorpiorum expulit, ne cui porro homini nocerent. equorum etiam in conventibus principum confuse ferocientium intemperiem refrenavit. idem ab eo Antiochiae, cum eo venisset, efflagitatum est. cum enim Antiochenses a scorpiis et culicibus divexarentur, aereum ipse scorpium conflavit, supraque eum in terra depositum parva erecta columna populo iussit ut calamos gestarent, perque urbem circuirent, et calamos concutientes inclamarent "vacet urbs cali-

νωπα τῇ πόλει. καὶ οὕτως ἐξηφανίσθησαν ἐκ τῆς πόλεως οἵ τε
B σκορπίοι καὶ οἱ κώνωπες. αἰτηθεὶς δὲ καὶ περὶ τῶν ἐπικειμένων
αὐτῇ σεισμῶν, στενάξας ἔγραψεν ἐν διπτύχῳ ταῦτα "οὐαί σοι τά-
λαινα πόλις, ὅτι σεισμοῖσι πολλοῖς καὶ πυρσοῖς κατενεχθήσῃ.
κλαύσεταί δέ σε καὶ ὁ παρ' αἰγιαλοῖς Ὀρόντης." περὶ οὗ μέντοι
καὶ ὁ μέγας Ἀναστάσιος Θεουπόλεώς φησιν "Ἀπολλωνίου δὲ μέ-
χρι νῦν ἔν τισι τόποις ἐνεργοῦσι τὰ ἀποτελέσματα ἱστάμενα, τὰ
μὲν εἰς ἀποτροπὴν ζῴων τετραπόδων καὶ πετεινῶν βλάπτειν δυνα-
μένων ἀνθρώπους, τὰ δὲ εἰς ἐποχὴν ῥευμάτων ποταμοῦ ἀτάκτως
φερομένου, καὶ ἄλλα εἰς ἕτερα ἐπὶ φθορᾷ καὶ βλάβῃ ἀνθρώπων
ὑπάρχοντα ἀποτρόπαια ἵστανται. καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ
C ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰργάσαντο οἱ δαίμονες δι' αὐτοῦ, ἀλλά γε
καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ παραμένοντες τῷ μνήματι αὐτοῦ
σημεῖά τινα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ ἐπετέλεσαν πρὸς ἀπάτην τῶν ἐλεει-
νῶν ἀνθρώπων, τῶν ῥᾳδίως ὑποκλεπτομένων εἰς τὰ τοιαῦτα ὑπὸ
τοῦ διαβόλου. τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν κατὰ Μανέθωνα μαγικῶν
ἔργων; ὃς τοιοῦτος ἄκρος γέγονε τῇ μαγικῇ ἀπάτῃ ὥστε ἀεὶ
ἔσκωπτε προδήλως τὸν Ἀπολλώνιον ὡς μὴ ἀκριβῆ τὴν κατ' αὐτοὺς
φιλοσοφικὴν ἐμπειρίαν ἐσχηκότα. ἔδει γὰρ αὐτόν, φησίν, ὥσπερ
ἐγώ, λόγῳ μόνῳ ποιεῖν ἅπερ ἐβούλετο, καὶ μὴ ἀποτελέσμασιν
ἐπιτρέπειν τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα. ταῦτα δὲ πάντα συγχω-
ρήσει τοῦ θεοῦ καὶ ἐνεργείᾳ δαιμόνων γίνονται πρὸς τὸ διὰ τῶν τοι-
D ούτων πραγμάτων δοκιμάζεσθαι τὴν ἡμετέραν ὀρθόδοξον πίστιν, εἰ
ἑδραία ἐστὶ καὶ παγία προσμένουσα τῷ κυρίῳ, καὶ μὴ ὑποσυρο-

cibus." eo modo et scorpii et culices ea ex urbe profligati sunt. cum autem peteretur ab eo ut terrae motus quibus affligebantur averteret, ingemiscens in tabulis ita scripsit: "vae tibi misera urbs, quoniam terrae motibus multis incendiisque prosterneris, teque Orontes ad ripas suas deflebit." de hoc magnus Anastasius Theopolis episcopus ita scribit: quibusdam in locis ad hunc usque diem Apollonii opera stant et suam habent efficacitatem, alia quadrupedibus ac volucribus damnosis avertendis, alia ad inordinatos amnium excursus inhibendos, alia aliis rebus quae hominibus detrimentum afferent arcendis. neque eo tantum vivo daemones per ipsum tot ac talia egerunt, sed ipso etiam mortuo ad monimentum eius perseveraverunt, atque ipsius nomine miracula quaedam ediderunt ad decipiendum miseros homines, qui facile huiusmodi rebus se a diabolo in fraudem induci patiuntur. quid enim dicam de Manethonis magicis operibus? qui tantus fuit istarum imposturarum artifex, ut semper palam Apollonium irriserit ut non perfecta eius doctrinae peritia instructum: "oportebat enim" aiebat "eum, sicuti ego soleo, solis verbis perficere quae vellet, non operum effectionibus ad ea uti." haec autem omnia dei permissu et daemonum efficacitate fiunt, ut huiusmodi rebus vera nostra exploretur fides, firmane ea sit et fixa domino-

μένη ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ διὰ τῶν φαντασιωδῶν τεράτων καὶ σατανικῶν ἔργων τῶν πραττομένων ὑπὸ τῶν δούλων καὶ ὑπηρετῶν τῆς κακίας. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου προεφήτευσάν τινες, ὡς Βαλαὰμ Σαυλὸς καὶ Καϊάφας, καὶ δαιμόνια πάλιν ἐξέβαλον, ὡς Ἰούδας καὶ οἱ υἱοὶ Σκευᾶ. οὐκοῦν καὶ εἰς ἀναξίους ἡ χάρις ἐνεργεῖ πολλάκις, ἵν' ἑτέρους εὐεργετήσῃ. καὶ γὰρ Βαλαὰμ ἀμφοτέρων ἀλλότριος ἦν, βίου ἀρίστου καὶ πίστεως· ἀλλ' ὅμως ἐνήργησεν εἰς αὐτὸν ἡ χάρις διὰ τὴν ἑτέρων οἰκονομίαν. καὶ Φαραὼ τοιοῦτος ἦν, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὰ μέλλοντα προέδειξε. P 247 *καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ παρανομώτατος, ἀλλά γε καὶ τούτῳ τὰ μετὰ πολλὰς ὕστερον ἐσόμενα γενεὰς ἀπεκάλυψεν. ὅθεν δῆλον ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἐναντίον ἐχόντων φρόνημα ἐπὶ τῷ προσχήματι τοῦ Χριστοῦ τεράστια ποιοῦσιν ἑτέρᾳ τέχνῃ τινὶ πρὸς ἀπάτην ἀνθρώπων ἀπειροκάλων, οἷος ἐγένετο Σίμων ὁ μάγος καὶ Μένανδρος μετ' ἐκεῖνον καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι, δι' οὓς εἰκότως ἔφη μὴ θαύμασιν ἀπατᾶσθαι προσήκειν μήτε μὴν ἐπαγγελίᾳ ψιλῇ, δοκιμάζειν δὲ τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν. ἐκ τῶν καρπῶν γάρ, φησὶν ὁ κύριος, αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.*

Νέρουας ἐβασίλευσεν ἔτος ἓν μῆνας δ' ἡμέρας θ', σώφρων B *ὢν καὶ ἐπιεικής. ἐκ Παιονίας δὲ ἀγγελία ἐπινικίων ἐλθοῦσα παρὰ Τραϊανοῦ, ἀνελθὼν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ λιβανωτὸν ἐπιθύσας, στὰς ἐπὶ βήματος, μεγάλα βοῶν τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν*

que adhaerens, neque ab eo se avelli sinens praestigiis istis ac diabolicis prodigiis, quae ministerio servorum improbitatis eduntur. quippe etiam dei praetexentes nomen nonnulli vaticinati sunt, ut Balaamus Saulus et Caiaphas. alii malos genios abegerunt, ut Iudas et filii Scevae. ita gratia divina etiam per indignos aliquando operatur ut aliis benefaciat. nam Balaamus neque recte vivebat neque vera erat fide praeditus: et tamen dei gratia per eum egit propter aliorum utilitatem. fuit et Pharao malus: atque huic tamen futura indicavit. et impiissimo Nabuchodonosori nihilominus ea praemonstrata sunt quae multis post essent eventura aetatibus. unde constat multos etiam verae adversos religioni sub Christi nominis praescriptione alio artificio miracula edere ad decipiendos imperitos. qualis fuit Simon Magus et Menander ac post eos alii eorum similes. itaque praeclare dictum est: neque decipi miraculis convenit, nedum nuda pollicitatione, sed exploranda est veritas eorum quae dicuntur. ex fructibus enim eorum iudicabitis ipsos, ait dominus.

Nerva imperavit annum unum, menses 4, dies 9, homo temperans et aequus. hic, cum ei ex Pannonia nuntius de victoria Traiani esset allatus, in Capitolium progressus, thure incenso, inde conscenso suggesto, praesente S. P. Q. R. alta voce "quod felix" inquit "faustumque

Ῥωμαίων παρόντων ἔφη "ἀγαθῇ τύχῃ Νέρουας Τραϊανὸν υἱοποιοῦμαι." οὗτος ἀπηγόρευσε τοῦ ἐκτέμνειν τινῶν τὰ αἰδοῖα ἐν Ῥώμῃ. νόσῳ δὲ τελευτᾷ. οὗτος ὁ Νέρουας ἀνεκαλέσατο τὸν θεολόγον Ἰωάννην ἐκ τῆς ἐξορίας, καὶ ἀπέλυσεν οἰκεῖν ἐν Ἐφέσῳ, μόνον τότε περιόντα τῷ βίῳ ἐκ τῶν ιβʹ μαθητῶν· ὃς συγγραψάμενος τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο. περὶ οὗ καὶ ὁ πολυΐστωρ Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ φησί "Θωμᾶς C δὲ τὴν Παρθίαν εἴληχεν, Ἰωάννης δὲ τὴν Ἀσίαν, πρὸς ἣν καὶ διατρίψας ἐτελεύτησεν ἐν Ἐφέσῳ." καὶ πάλιν "ἐπὶ τούτοις οὖν καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας τελευτᾷ, καὶ θάπτεται πρὸς τῶν αὐτόθι πιστῶν." ὁμοίως δὲ καὶ Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων ἐν Ἱεραπόλει τελειοῦται, καὶ θάπτεται μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ. περὶ ὧν καὶ Πολυκράτης ὁ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἐπίσκοπος, Οὐΐκτορι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης γράφων, οὕτως φησί "καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηνται, ἅτινα καὶ ἀναστήσονται τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ D κυρίου, Ἰωάννης ὁ ἐπιστήθιος Χριστοῦ, ὃς καὶ τὸ πέταλον πεφορηκὼς καὶ διδάσκαλος ἐν Ἐφέσῳ γενόμενος κεκοίμηται, καὶ Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων ἐν Ἱεραπόλει τελευτᾷ. οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν εὐνοῦχον βαπτίσας καὶ τὸν Σίμωνα κατηχήσας." οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Ἱππόλυτος Ῥώμης περὶ τοῦ θείου κηρύγματος καὶ τῆς τελειώσεως τῶν ἀποστόλων διεξιὼν ἔφη "Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου κηρύσσων ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸν λόγον ἐξωρίσθη ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐπὶ Δομετιανοῦ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, κά-

sit, ego Nerva Traianum mihi filium adopto." vetuit Nerva ne quis Romae castraretur. morbo periit. idem Ioannem theologum ab exsilio revocavit, permisitque ut Ephesi habitaret, cum is tum solus de 12 discipulis in vivis superesset. is Ioannes evangelio suo conscripto pacate decessit. de eo narrat Eusebius in historia ecclesiastica "Thomas autem Parthiam sortitus est, Ioannes Asiam, in qua etiam Ephesi vitam finiit." et rursus "eo tempore etiam Ioannes evangelista Ephesi Asiae urbe moritur et a Christianis eius loci sepelitur." similiter et Philippus, unus de septem diaconis, Hierapoli defunctus cum filiabus sepelitur. de his Polycrates, Ephesinae paroeciae episcopus, ita scribit ad Victorem episcopum Romanum "nam et in Asia sepulta sunt magna elementa, quae ultimo adventus domini die resurgent. Ioannes, qui in pectore Christi accubuerat, qui et pileum gessit et Ephesi docuit, ibi est humatus. et Philippus, septem diaconorum unus, Hierapoli vita functus est. is est qui eunuchum baptizavit, et Simoni principia religionis tradidit." sed et divus Hippolytus Romae episcopus praeconium divini verbi et apostolorum obitus enarrans ita ait "Ioannes Iacobi frater, cum in Asia verbum dei propagaret, imperante Romae Domitiano in Patmum insulam est de-

κεῖθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς ὑπὸ Νέρουα, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον συγγραψάμενος, ἔνθα καὶ τὴν ἀποκάλυψιν θεασάμενος, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑκατὸν ἕξ· οὗ τὸ λείψανον ζητηθὲν οὐχ εὑρέθη." ὁ δὲ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου ἀδελφὸς P 248
Καισάριος ἐπισε.... ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐρωτηθεὶς περὶ τούτου οὕτως ἀπεκρίνατο λέγων "αὐτὸς Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίῳ πρὸς τῷ τέλει διεσάφησε τοῦτο φάσκων 'καὶ τοῦτο εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτῷ' (τουτέστι τῷ Πέτρῳ) 'ἀκολούθει μοι. ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἀκολουθοῦντα, καὶ φησί· κύριε, οὗτος δὲ τί; καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχωμαι, τί πρὸς σέ;' ἐπεὶ οὖν ἁλιεύοντας αὐτοὺς κατείληφε, τῷ Πέτρῳ μόνῳ προσέταξεν ἕπεσθαι αὐτῷ. ὁ δὲ καὶ τὸν Ἰωάννην συμπορεύεσθαι βουλόμενος ἔφη 'κύριε, οὗτος δὲ τί;' ὃν θεσπίσας ὁ Ἰησοῦς προσμένειν ἐπὶ B
τῆς ἁλείας φησὶν 'ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἐνταῦθα καὶ ἁλιεύειν ἕως ἂν ὑποστρέψας ἔρχωμαι πάλιν ὧδε, τί πρὸς σέ;' ὥστε οὖν ἄριστα διορθούμενος τὴν ἐσφαλμένην αὐτῶν ὑπόνοιαν, εἰκότως ἔφη 'καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει.' καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς πολλάκις ἐσφάλλοντο πρὸς τὰς πεύσεις Χριστοῦ καὶ τὰς ἀποκρίσεις, καὶ ἤκουον ἀσύνετοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, ἕως ἐλθὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον. εἰ δέ τις ἐριστικῶς καὶ προπετῶς ἀποκρινόμενος τὰς ἱερὰς ταύτας φωνὰς καὶ μαρτυρίας ἀκαίρως δῆθεν συλλογιζόμενος εἴπῃ 'πρὸς τὸ καταγγεῖλαι τὴν δευ-

portatus. inde a Nerva revocatus Ephesum, conscripto evangelio et patefactione quam conspexerat, vita excessit, annos natus centum et sex. reliquiae eius requisitae, inventae non sunt." at magni Gregorii frater Caesarius Cpoli de iis interrogatus ita respondit: ipse Ioannes sub finem evangelii eam rem explicavit his verbis. "ita fatus Iesus Petro ait, sequere me. Petrus autem conversus cernit discipulum, qui a Christo diligebatur, sequentem, et inquit: domine, quid iste? respondit Iesus: si velim hunc manere usque ad adventum meum, quid hoc ad te?" quoniam ergo piscantes eos offendens Petro soli iussit sequi, isque Ioannem volens comitem habere quaesivit ex domino quid iste esset acturus, dominus respondens Ioannem piscationi immoraturum, dixit: si eum volo manere hic et piscari, dum huc revertar, quid tua refert? et ipse Ioannes falsam eorum suspicionem optime corrigit his verbis: "non dixerat dominus hunc non esse moriturum." etenim apostoli saepenumero interrogationes et responsiones Christi non assecuti sunt, ideoque ignoratio eis est a magistro et stupiditas obiecta, donec spiritus sanctus venit eosque omni veritate instituit, sicuti dominus promiserat. quodsi quis contentiose et temere sacras illas voces arripiens intempestive ex

C τέραν Χριστοῦ παρουσίαν κατελείφθη ζῶν ἐν σαρκὶ μετὰ Ἐνὼχ καὶ Ἠλία,' ἀκουέτω ὅτι περὶ μόνους διὰ τῆς ἀποκαλύψεως αὐτὸς οὗτος ἐκείνους ἐκ προσώπου λέγει κυρίου τοὺς δύο μάρτυρας γενήσεσθαι, Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν, τοιάδε φάσκων 'καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας ͵ασξ', περιβεβλημένοι σάκκους.' οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι. πῦρ ἐκπορεύεται τοῦ στόματος αὐτῶν καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν. καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, ποιήσει τὸ ἀναβαῖνον θηρίον ἐκ τῆς ἀβύσσου πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει καὶ ἀποκτείνει αὐτούς, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας τῆς μεγάλης πόλεως ἔσονται ἡμέρας τρεῖς ἥμισυ ἄταφα, ὅπου
D καὶ ὁ κύριος αὐτῶν ἐσταυρώθη. μάτην οὖν παραληροῦσί τινες, φάσκοντες αὐτὸν ζῆν ἔτι ἐν σαρκί, καὶ μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι τῷ ὄντι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, οἴκοθεν τοῦτο καὶ οὐκ ἔκ τινων ἱερῶν ἐξηγητῶν ῥιψοκινδύνως τε καὶ τολμηρῶς ὄντως τερατευόμενοι."

Μετὰ δὲ Νέρουαν ἐβασίλευσε Τραϊανὸς ἔτη ιθ' μῆνας ϛ' ἡμέρας ιε'. οὗτος ἦν μισοπόνηρος καὶ φιλοδίκαιος. γυμνώσας γάρ ποτε ξίφος ἐνώπιον τῶν ἐν τέλει πάντων ἔδωκε τῷ ἐπάρχῳ, εἰπὼν "δέξαι τοῦτο· καὶ εἰ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ δὲ μή, κατ' ἐμοῦ αὐτῷ χρῆσαι." προεχειρίσθη δὲ ὑπὸ Νέρουα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ὡς πολεμικώτατος καὶ πολλὰ κατορθώματα ἐν
P 249 Ῥώμῃ καὶ πανταχοῦ γῆς πεποιηκώς. φίλου δέ τινος αὐτοῦ ποτὲ διαβληθέντος ὡς ἐπιβούλου, καὶ τούς τε ὀφθαλμοὺς ἐκκεντηθέν-

iis colligere velit Ioannem in hac vita ad posteriorem Christi adventum annuntiandum Enochi et Eliae exemplo permansisse, is sciat Ioannem in patefactione solos istos duos sub persona Christi dicere testes sibi futuros. "producam" inquit (Apoc. 11) "duos meos testes Enochum et Eliam, iique saccos amicti vaticinabuntur dies 1260. hi sunt duae oleae et duae lucernae. ignis ex eorum ore egredietur et hostes eorum devorabit. cumque testimonium suum totum dixerint, bestia quae ex abysso adscendit bellum eis faciet, vincetque eos et interficiet, et cadavera eorum in platea urbis iacebunt dies 3 s. insepulta, ubi et dominus eorum crucifixus est." frustra igitur nugantur quidam Ioannem adhuc in corpore vivere, re vera ignorantes quid dicant et qua de re contendant, de suo illud commentum audacter profecto et confidenter proferentes, non ex sacris habentes interpretibus.

Post Nervam Traianus imperavit annos 19, menses 6, dies 15. fuit iste malis infestus et iustitiae amans. aliquando strictum ensem in omnium procerum conspectu praefecto tradidit, ita inquiens "accipe hunc gladium, eoque, si recte impero, pro me, si male, contra me utitor." a Nerva ob virtutem est ad imperium evectus, quod vir bellicosissimus Romae et ubique terrarum rem saepius praeclare gessisset. cum quidam amicorum esset apud eum delatus, quod ipsi insidias fecisset, isque suis

τος ὑπὸ τῶν ἰδίων χειρῶν καὶ τὸ γένειον ἀποκειραμένου, ἐπεὶ τυφλὸς πρὸς Τραϊανὸν εἰσήχθη, πολλὰ λυπηθεὶς ἐπὶ τῷ αὐτοῦ φίλῳ, πόλιν ἣν ἔκτισεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὴν νῦν Τραϊανούπολιν, τοῦτον κατοικτείρας ὡς δεσπότην τῆς πόλεως ἐκεῖσε ἀπέστειλεν εἶναι, ἕως τῆς αὐτοῦ τελευτῆς θεραπείαν αὐτοῦ πᾶσαν ποιησάμενος. οὗτος προσέταξε τὸ Χριστιανὸν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι. ἐπὶ αὐτοῦ Σίμωνα τὸν μάγον Μένανδρος διεδέξατο, γόης καὶ ἀπατεών, Σαμαρεὺς τὸ γένος, ἑαυτὸν Χριστὸν ὀνομάζων. ἦν δὲ καὶ Κήρινθος αἱρεσιάρχης τότε καὶ Νικόλαος, εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων, οἱ αἱρεσιάρχαι καὶ B ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας. ἐπὶ τούτου ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος καὶ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα. θνήσκει δὲ Τραϊανὸς Ἀδριανὸν τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ προχειρισάμενος βασιλέα.

Ἀδριανὸς Αἴλιος ἐβασίλευσεν ἔτη κδʹ. ἦν δὲ Ἄφρος τὸ γένος, φιλολόγος, ἐπιτήδειος ἔν τε τῷ πεζῷ λόγῳ καὶ τῷ ἐμμέτρῳ, συγγενὴς καὶ υἱοπεποιημένος τῷ Τραϊανῷ. οὗτος ἐν Μυσίᾳ θηράσας ᾠκοδόμησε πόλιν, καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν Ἀδριανοῦ θήρας ἐν τοῖς μιτάτοις. ὡσαύτως καὶ ἑτέραν πόλιν ἐν Θρᾴκῃ, προσαγορεύσας αὐτὴν Ἀδριανούπολιν, καὶ ναὸν ἐν Κυζίκῳ. ἐφ' οὗ στασιασάντων τῶν Ἰουδαίων καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν οἰκοδομῆσαι βουληθέντων, ὀργίζεται κατ' αὐτῶν σφόδρα, καὶ C πολέμου γενομένου μεταξὺ ἀνεῖλεν ἐξ αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μυριάδας νηʹ. καὶ τὰ μὲν παλαιὰ λείψανα τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ κατερειπώσας κτίζει νέαν Ἱερουσαλήμ, ἣν δὴ καὶ Αἰλίαν προση-

manibus sibi oculos eruisset mentumque rasisset, itaque excaecatus esset ad eum adductus, Traianus magno amici casu dolore percepto urbi a se conditae Traianopoli eum praefecit, eoque ablegatum ad mortem usque omni cultu fovit. idem edixit ne Christiani conquirerentur, oblati autem punirentur. sub eo Simoni mago Menander Samariensis magus atque praestigiator successit, qui seipsum Christum nominavit. fuit et Cerinthus eo tempore et Nicolaus, unus ex septem diaconis, principes sectarum et hostes veritatis. sub eodem Ignatius, divino instinctu praeditus vir, supplicio affectus est, et Symeon Cleopae filius. Traianus moriens Adriano genero suo imperium reliquit.

Aelius Adrianus imperavit annos viginti quattuor, genere Afer, homo eruditus, qui et prosa oratione et carmine scribendo valeret. fuit Traiano affinis, ab eoque est adoptatus. cum in Mysia venaretur, urbem condidit, eamque Adriani theras, id est venationem in mitatis appellavit. aliam quoque in Thracia nomine Adrianopolin, et fanum Cyzici. sub eo rebellantes Iudaei Hierosolymae templum reficere aggressi sunt. quare vehementi ira correptus Adrianus eis bellum intulit, unaque die 580 milia interfecit. urbis quoque et templi reliquias omnes complanavit, et novam condidit urbem ibi, cui Aeliae nomen indidit; in-

γόρευσε. καὶ στήσας τὸ ἑαυτοῦ εἴδωλον ἐν τῷ ναῷ, οἰκεῖν Ἕλ-
ληνας ἐν τῇ πόλει προσέταξε. σημεῖον δὲ γέγονε τῆς ἁλώσεως
αὐτοῦ ὡς τὸ τοῦ Σολομῶντος σημεῖον αὐτόματον διαλυθῆναι.
Σίμηλον δέ τινα ἔν τε φρονήσει καὶ ἐπιεικείᾳ καὶ ἀρεταῖς πολλαῖς
κεκοσμημένον πάνυ ἐτίμα, καὶ ἐν μεγάλῃ ἀρχῇ κατέστησεν αὐτόν·
D ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον τῆς ἀρχῆς κρατήσας ἀπέστη αὐτῆς, καὶ ἐν ἀγρῷ
ἑπτὰ ἔτη διατρίψας ἐτελεύτησεν, ἐπιγραφῆναι προστάξας ἐν τῷ
μνημείῳ αὐτοῦ "Σίμηλος ἐνταῦθα κατάκειται βιώσας μὲν ἔτη ..,
ζήσας δὲ ἑπτά." οὗτος Ἀδριανὸς χρέων ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν
πόλεων καὶ πολιτῶν τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀνηκούσας ἀπέκοψε, καύ-
σας τοὺς χάρτας. Νίκαιάν τε καὶ Νικομήδειαν σεισμῷ πτωθεί-
σας ἀνεκτήσατο. ἐπὶ τούτου Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος κατὰ πασῶν
αἱρέσεων ἠνδρίζετο· ὡς γάρ φησι Κλήμης ὁ στρωματεύς, ἐπὶ
Ἀδριανοῦ ὑπῆρχον αἱρεσιῶται, ἐχθροὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πί-
P 250 στεως, Σατορνῖνος Βασιλείδης καὶ Καρποκράτης. θνήσκει δὲ
Ἀδριανὸς βίᾳ τῆς νόσου, κράζων "ὦ Ζεῦ, πόσον κακόν ἐστιν
ἐπιθυμοῦντά τινα ἀποθανεῖν καὶ μὴ τυγχάνειν." τελευτῶν δὲ
προχειρίζεται Ἀντωνῖνον· τελευτήσαντος γὰρ Τραϊανοῦ ἐπλάσατο
ἐπιστολὴν ὡς δῆθεν παρ' αὐτοῦ γραφεῖσαν πρὸς τὴν βουλήν, ἔνθα
υἱὸν καὶ διάδοχον τῆς βασιλείας ὠνόμασεν.

Ἀντωνῖνος ὁ εὐσεβὴς ἐβασίλευσεν ἔτη κδ', υἱοποιηθεὶς τῷ Ἀδριανῷ, καὶ πρῶτος αὐτοκράτωρ εὐσεβὴς ἐπεκλήθη· πᾶσαν γὰρ

8 μνημεῖον alias. margo P

que templo sua statua posita, urbem Graecos habitare iussit. excidium hoc urbis portendit sponte sua disiectum Solomonis monimentum. plurimo honore affecit Adrianus Simelum quendam prudentia aequitate multisque virtutibus ornatum virum, eumque ad magnam evexit potentiam. sed Simelus non diu gesto imperio rus se contulit, ibique septennium privatus cum vixisset, mortuus est, cum quidem iussisset suo sepulcro haec inscribi "Simelus hic est situs, qui annos aetatis adeptus multos non nisi septem annos vixit." idem Adrianus cum audivisset rationes, quantum et urbes et cives aerario deberent, omnia ista debita iussis cremari chartis condonavit. Nicaeam et Nicomediam terrae motu deiectas refecit. eo imperante Iustinus philosophus fortiter omnibus se haeresibus opposuit. nam ut Clemens tradit, qui a scriptorum suorum materiae varietate Stromateus usurpatur, haeretici eo tempore fidei Christianae infensi erant, Saturninus Basilides et Carpocrates. morbus Adrianum necavit, cum prae vi eius exclamasset "o Iuppiter, quam miserum est expetere mortem neque voti fieri compotem." moriens Antoninum sibi suffecit. Traiano enim mortuo epistolam finxerat tanquam ab ipso scriptam ad senatum, qua eum filium et successorem declararet.

Antoninus imperavit annos 24, adoptatus ab Adriano. hic primus imperatorum Pius est cognominatus ob omnis generis virtutes, quibus

ἀρετὴν ἐπεκτήσατο. ὥς φησι δὲ Κλήμης, ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ Οὐαλεντῖνος καὶ Κέρδων καὶ Μαρκίων ἐν Ῥώμῃ αἱρεσιάρχαι ἐγνωρίζοντο, καὶ Τατιανὸς καὶ Βαρδισάνης καὶ Πρισκίλλα καὶ Μαξιμίλλα αἱ B ψευδοπροφήτιδες τῶν κατὰ Φρύγας ἐγνωρίζοντο. καὶ Γαληνὸς ὁ ἰατρὸς τότε ἐθαυμάζετο. καὶ Βαρδισάνης δέ τις Σύρος διαλεκτικώτατος καὶ σοφὸς ἦν, ὥστε θαυμάζεσθαι αὐτοῦ πρὸς τοῦ Ἀντωνίνου τὸν κατὰ εἱμαρμένης λόγον. Πολύκαρπος δὲ ἐπίσκοπος Σμύρνης εἰς ὄψιν ἐλθὼν Μαρκίωνι ἤκουσεν "ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς, ὦ καλὲ Πολύκαρπε;" ὁ δέ "ἐπιγινώσκω σέ" ἔφη "τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ." θνήσκει δὲ Ἀντωνῖνος προβαλόμενος εἰς βασιλέα Μάρκον Ἀντωνινον τὸν ἴδιον γαμβρόν. ἐπὶ τούτου Πολύκαρπος ὁ μαθητὴς Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος Κορίνθου ἐμαρτύρησαν. C

Μάρκος Ἀντωνῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ', μετὰ μὲν Σεβήρου τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ ἔτη ι' καὶ μῆνας θ'. πολεμοῦντος δὲ Γερμανοὺς καὶ Σαρμάτας, δίψει τῆς στρατιᾶς πιεζομένης καὶ διὰ τοῦτο κινδυνευούσης, τοὺς ἐπὶ τῆς Μελιτηνῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος, Χριστιανοὺς ὄντας, δι' εὐχῆς ἐκτενοῦς πρὸς τὸν θεὸν γενομένης τοὺς μὲν πολεμίους κεραυνῷ βληθῆναι, ὄμβρῳ δὲ τοὺς Ῥωμαίους παραμυθήσασθαι. ὅπερ σφοδρῶς καταπλῆξαν τὸν βασιλέα, γράφει τιμᾶν Χριστιανούς, τὴν δὲ λεγεῶνα κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι. D ἐπὶ τούτου Ἑβραῖός τις συνοδοιπορῶν Χρι-

14 Βήρου legendum. margo P

erat praeditus. scribit Clemens eius tempore Romae nobiles fuisse sectarum principes Valentinum Cerdonem et Marcionem, et apud Phryges Tatianum et Bardesanem, ac Priscillam et Maximillam falsas vates. fuit tunc in admiratione etiam Galenus medicus. et erat quidam Bardesanes, natione Syrus, disputator subtilissimus ac doctus homo, cuius de fato orationem Antoninus miratus est. Marcio Polycarpum Smyrnae episcopum obviam sibi factum interrogavit "agnoscisne nos, egregie Polycarpe?" respondit Polycarpus "agnosco te Satanae primogenitum. moriens Antoninus imperium genero suo M. Antonino mandavit. sub eo Polycarpus Ioannis evangelistae discipulus et Iustinus philosophus ac Dionysius Corinthi episcopus ob divinae veritatis professionem supplicio sunt affecti.

M. Antoninus imperavit annos 19: de his cum Vero genero suo annos 10, menses 9. is cum adversus Germanos ac Sarmatas bellum gereret, exercitusque siti pressus periclitaretur, Melitenae legionis milites, qui Christiani erant, a deo contentis precibus impetraverunt ut fulmine hostium exercitus feriretur imberque Romanas copias recrearet. quam rem imperator valde admiratus, edicto Christianis honores detulit, legionique fulminatricis cognomentum indidit. eius imperio quidam Ebraeus per solitudinem iter cum Christianis faciens, cum in gravem

στιανοῖς κατὰ τὴν ἔρημον καὶ ἀρρωστίᾳ συσχεθεὶς βαρυτάτῃ, κινδυνεύειν ἤδη μέλλων, παρεκάλει τοὺς Χριστιανοὺς ἐνορκῶν εἰς τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα βαπτίσαι αὐτόν. ὕδατος δὲ μὴ ὄντος μήτε ἱερέως τῶν Χριστιανῶν ἀποδυσάντων αὐτόν, εἷς ἐξ αὐτῶν πλήσας τὰς χεῖρας ψάμμου ἐκ τρίτου ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν, τρίτον λέγων "βαπτίζεται Θεόδωρος εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος." καὶ παραχρῆμα ἀνερρώσθη ὁ ἄνθρωπος, τελείαν ἀπαλλαγὴν τῆς νόσου εὑράμενος. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ συζητήσεως παρὰ τοῦ πάπα Διονυ- P 251 σίου γενομένης περὶ τούτου, πάλιν ἐβαπτίσθη δι' ὕδατος. τὸν δὲ προβαπτίσαντα αὐτὸν διὰ τῆς ψάμμου, ἄξιον ὑπάρχοντα, διάκονον ἐχειροτονήσατο. καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ μέγας Γρηγόριος ἀπαρίθμησιν ποιησάμενος τῶν βαπτισμῶν οὕτως φησίν "ἐβάπτισε Μωϋσῆς ἐν ὕδατι, καὶ πρὸ τούτου ἐν νεφέλῃ καὶ θαλάσσῃ. ἐβάπτισε καὶ Ἰωάννης, οὐκέτι μὲν Ἰουδαϊκῶς· οὐ γὰρ ἐν ὕδατι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς μετάνοιαν. βαπτίζει καὶ Ἰησοῦς, ἀλλ' ἐν πνεύματι· τοῦτο ἡ τελειότης. οἶδα καὶ τέταρτον βάπτισμα, τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος. οἶδα καὶ πέμπτον, τὸ τῶν δακρύων. οὐκοῦν διὰ τὸ μηδέτερον τούτων εἶναι δικαίως οὐ παρεδέχθη." ἐπὶ τούτου καὶ Ὀππιανὸς τὴν ἁλιευτικὴν συνεγράψατο. οὗτος ὁ Μάρ- B κος πάνσοφος ἦν καὶ ἐνάρετος, καὶ τὴν Ῥώμην ἐκ πολλῶν πολέμων διασωσάμενος ἠγαπήθη σφόδρα ὑπὸ τῶν πολιτῶν. ἀπέθανε δὲ φαρμακευθεὶς ὑπὸ Κομόδου τοῦ ἰδίου υἱοῦ. τὴν δὲ μνήμην

morbum delapso iam vitae discrimen impenderet, Christianos per dei nomen obtestatus est uti se baptizarent. cum vero neque aqua ad manum esset neque sacerdos Christianus, vestibus hominem nudarunt, et ipsorum quidam manibus arenam haustam tertium eius capiti infudit, tertium dicens "baptizatur Theodorus in nomine patris et filii et spiritus sancti." atque ille Ebraeus simulatque ita baptizatus est, confestim morbo suo prorsus est liberatus. postquam Alexandream pervenerunt, res ea Dionysio papae ad diiudicandum exposita est. is hominem denuo aqua baptizari iussit; atque eum qui arena illum baptizaverat, diaconum ut eo munere dignum delegit. neque hoc iniuria. magnus enim Gregorius baptismorum genera sic enumerat. "baptizavit Moses aqua, atque ante in nube et mari; baptizavit et Ioannes, non iam Iudaico more neque sola aqua, verum ad resipiscentiam. baptizat et Iesus, sed spiritu: ea est perfectio. novi et quartum baptismum, qui fit cum ob veritatis confessionem sanguis funditur. novi et quintum per lacrimas." ergo quia nihil horum fuit, iuste non est receptus. M. Antonino imperante Oppianus opus suum de piscibus composuit. Marcus iste admodum fuit sapiens ac virtutibus ornatus, reque Romana multis bellis conservata carissimus civibus fuit. veneno est necatus a filio suo Com-

τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ ἡ βουλὴ ἔχουσα μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν χρυσῷ ἀνδριάντι αὐτὸν ἐτίμησε.

Κόμοδος υἱὸς Μάρκου ἐβασίλευσε ἔτη ιβ' μῆνας θ'. οὗτος εἶχε τρίχας ξανθάς, εἰκασμένας χρυσῷ. ἦν δὲ φιλοκύνηγος καὶ μοιχικώτατος πάνυ, ὃν καὶ φασὶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δώδεκα λέοντας φονεῦσαι. γέγονε δὲ καὶ ποδαλγὸς καὶ κατωβαρής. συνέβη δὲ πολλὰ κακὰ παθεῖν τὴν Ῥώμην ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ· λιμοῦ γὰρ γενομένου δισχίλιοι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησαν. Ἀφρικανὸς δέ C φησιν ὁ χρονογράφος ὅτι ἐπὶ τούτου Κλήμης ὁ στρωματεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐγνωρίζετο· Κλήμεντος δὲ φοιτητὴς Ὠριγένης ἐγένετο. ἀλλὰ καὶ Μοντανὸς αἱρεσιάρχης τότε ἦν, ὃς ἑαυτὸν παράκλητον ἔλεγεν εἶναι. οὗτος ὁ Κόμοδος τοῦ ἐν Ῥόδῳ κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν τῇ ἑαυτοῦ στήλῃ προσέπηξε. τοῦτον Νάρκισσός τις τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἐν λουτρῷ ἀπέπνιξε.

Περτίναξ ἐβασίλευσεν ἡμέρας πζ', μήτε τὴν γυναῖκα μήτε τὰ τέκνα εἰς τὸ παλάτιον εἰσαγαγών, ἀλλ' ἐάσας παρὰ τῷ πάππῳ διαιτᾶσθαι. ἐπὶ τούτου, ὥς φησιν Εὐσέβιος, ἦν ὁ Σύμμαχος, εἷς τῶν ἑρμηνευτῶν τῆς τῶν Ἑβραίων γραφῆς, Ἐβιωναῖος τὴν D αἵρεσιν. ἀλλὰ καὶ Πορφύριος ὁ φιλόσοφος ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ χρονογράφος. ἐπὶ τούτου Λεωνίδης ὁ τοῦ κακόφρονος Ὠριγένους πατὴρ ἐμαρτύρησεν. οὗτος Περτίναξ ἐσφάγη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.

5 μαχιμώτατος Xylander 9 ἐπὶ] περὶ P

modo. senatus memoria virtutis eius mortuo statuam auream honoris causa posuit.

Commodus Marci filius annos imperavit 12, menses 9. fulvos is crines habuit, auro similes. erat studiosus venationis et in feris oppugnandis admodum strenuus: ferunt eum una die duodecim leones necasse. laborabat autem ex pedibus, et inferiores partes habebat graves. multa eo imperante adversa Romae evenerunt. et inter alia tanta fuit pestis ut una die duo milia hominum perierint. Africanus in Annalibus auctor est sub hoc Clementem Stromateum Alexandriae floruisse, quem audivit Origenes. fuit tunc etiam Montanus haereticus primarius, qui se paracletum esse iactabat. Commodus caput colossi Rhodii sublatum suae statuae imposuit. Narcissus eum, unus ex domesticis, in balneo strangulavit.

Pertinax imperavit dies 87. is neque uxorem neque liberos in palatium introduxit, sed apud avum reliquit. sub hoc Eusebius ait fuisse Symmachum, unum ex interpretibus Ebraicarum literarum, secta Ebionaeum. fuit tum et Porphyrius philosophus, qui contra Christianos scripsit, et Africanus Annalium conditor. tunc et Leonides, vaecordis Origenis pater, religionis Christianae causa supplicium pertulit. Pertinax a militibus est iugulatus.

Ἰουλιανὸς Δίδιος ἐβασίλευσεν ἡμέρας ξς'. Δίδιος δὲ ἐπεκλήθη διὰ τὸ ὑπὸ δώρων λαβεῖν τὴν βασιλείαν. φαυλότατος δὲ ἦν τοῖς τρόποις, καὶ τοῖς ἔργοις ἀνοσιουργὸς καὶ χρημάτων ἐραστής· ὃς διὰ τὸ αἰσχρῶς βιοῦν καὶ ἀπανθρώπως ὑπὸ τῆς βουλῆς θανάτῳ καταψηφισθεὶς ἐσφάγη.

P 252 Σεβῆρος ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ' μῆνας η'. Σεβῆρος δὲ ὁ αἱρετικὸς λέγεται. οὗτος τὸν ἐν Βρεττανίᾳ νικήσας πόλεμον ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν περιετείχισε τὴν νῆσον σταδίοις χιλίοις. οὗτος τὸ Βυζάντιον παραλαβὼν τὰ τείχη αὐτοῦ καθεῖλεν. εἶχε δὲ τὸ Βυζάντιον πύργους ἑπτά, ἐκ τῶν Θρᾳκικῶν πυλῶν ἀρχομένους καὶ ἐπὶ τὴν ἀρκτῴαν θάλασσαν καθήκοντας. καὶ τούτων εἴ τις ἐν ἑτέρῳ πύργῳ προσῆλθεν, οὐδεμία αἴσθησις τοῖς ἄλλοις ἐγίνετο· εἰ δὲ ἐν τῷ πρώτῳ πύργῳ ἀνεβόησεν ἢ λίθον ἐσάλευσεν, αὐτός τε ἤχει καὶ σιωπήσας τῷ δευτέρῳ μετεδίδου τῆς ἠχῆς, καὶ οὗτος τῷ B τρίτῳ καὶ ἑξῆς ὁμοίως. οὗτος καὶ τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισε Βυζαντίοις, καὶ τὸ πρῶτον κτίσμα τῷ ἱπποδρόμῳ παρέδωκε, καὶ κυνήγιον καὶ θέατρον αὐτοῖς κατεσκεύασεν. ἐπὶ τούτου Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς τὴν Ἀρτέμωνος αἵρεσιν ἀνενεώσατο. οὗτος ὁ Σεβῆρος ἐν πολέμοις σχολάζων νόσῳ τελευτᾷ, καταλιπὼν παῖδας τρεῖς.

Ἐπὶ τούτου ἤκμαζεν Ὠριγένης, ὅστις εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὢν μεγίστην εἰς τὸν θεῖον λόγον σπουδὴν κατεβάλλετο· οὐ μόνον γὰρ τοῖς πιστοῖς πρόξενος ὠφελείας μεγάλης ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ τῶν αἱρετικῶν οὐκ ὀλίγοις· ὑπ' αὐτοῦ γὰρ τὰ ὑγιῆ τῆς πίστεως παρα-

Iulianus Didius imperator fuit dies 66. Didii cognomentum habuit quod dandis muneribus imperium comparasset. moribus erat pravissimis, flagitiosissimus et avarus. itaque ob turpem et inhumanam vitam a senatu mortis damnatus est et iugulatus.

Severus imperavit annos 17, menses 8. Severus Latinis est qui Graecis haereticus. is in Britannia bello victor murum in ea insula a mari uno ad alterum mare perduxit per mille stadia. Byzantium cepit, eiusque muros deiecit. Byzantium septem habuit turres, quorum initium a Thracica parte, finis ad mare aquilonare. si quis ad aliquam reliquarum turrium accederet, in reliquis id non sentiebatur. si autem in prima turri clamorem sustulisset aut lapidem movisset, is sonus eo etiam tacente ad alteram turrim perferebatur, indeque ad tertiam et reliquas. is et Zeuxippum balneum Byzantiis condidit, ac circum inchoavit: sed et venationem eis ac theatrum aedificavit. sub hoc Paulus Samosatenus Artemonis errorem renovavit. Severus bellis vacans ex morbo decessit, relictis tribus filiis.

Sub hoc floruit Origenes, qui cum Alexandreae esset, magnum studium rebus sacris impendit. neque tantum Christianis magnae fuit utilitati, sed et non paucos iuvit haereticos: nam ab ipso fidei doctrinam

λαμβάνοντες δόγματα ζηλωταὶ τῆς ἀληθείας ἐγίνοντο. ἐξ ὧν ὑπῆρχε διαφερόντως Ἀμβρόσιος, ἀνὴρ ἐπίσημος καὶ φιλολόγος, C ὃς εἰς γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς ἀφικέσθαι σπουδάσας ἀπέστη τῆς Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος αἱρέσεως, πεῖραν τῆς ἐνθέου αὐτοῦ παιδείας ἀρκοῦσαν κτησάμενος. πλεῖστοι δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων πρὸς αὐτὸν φοιτῶντες μεγίστην καὶ αὐτοὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα μαθήματα τὴν ὠφέλειαν ἐκαρποῦντο· καὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς μέγας ἐνομίζετο, παραδιδοὺς γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν καὶ τἆλλα προπαιδεύματα. διόπερ οὐκ ὀλίγοι τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων μαρτυροῦσιν αὐτόν, μνήμην ἐν τοῖς ἰδίοις ποιούμενοι συγγράμμασιν ὡς διδασκάλου. καὶ γὰρ εὐφυὴς παιδόθεν ὑπῆρχε σφόδρα καὶ ζητητικὸς ἄγαν. ὃν ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ τὸ τῆς θείας γραφῆς βούλημα πυνθανόμενον ὡς βαθύτερον ἢ διανοούμενον ἐπέπληττεν ὁ D πατήρ, μηδὲν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν περαιτέρω ζητεῖν· ὃς καὶ τῆς εὐτεκνίας ἑαυτὸν ἐμακάριζεν. ἁγνείαν δὲ καὶ ἐγκράτειαν τοσαύτην ἐκ νέου τοῦ σώματος ἤσκησεν ὡς ὀβολοῖς τέσσαρσι καὶ μόνοις πρὸς διατροφὴν ἑκάστης ἡμέρας ἀρκεῖσθαι. καὶ μέντοι καὶ ἐν πολλοῖς ἔτεσι τοῦτο ποιῶν διετέλει, καὶ ἐπ' ἐδάφους καὶ ψιάθῳ καθεύδων καὶ ὀλίγον καιρὸν τῆς νυκτὸς ἀναπαυόμενος τὸν πλείονα εἰς τὴν μελέτην τῶν ἱερῶν λογίων διήνυεν, ἐν τούτοις ἐπεκτεινόμενος. ἐπί τε ἀσιτίᾳ καὶ ἀγρυπνίᾳ καὶ γυμνότητι ἑαυτὸν πιέζων τοσοῦτον κατεδάμασε τὴν ἀκμὴν τοῦ σώματος ὡς δρᾶσθαι παντελῶς αὐτὸν ἀπεσκληκέναι· οἴνου γὰρ καὶ ἐλαίου καὶ τῶν λοιπῶν ἀπεχόμενος ἀνατροπὴν τοῦ θώρακος μεγίστην ὑπέμεινεν. ἔνθεν γέ τοι δια- P 253

accipientes veritatis studio sese dabant. inter quos praecipuus fuit Ambrosius, vir illustris ac literarum studiis addictus; qui operam dans ut in notitiam Origenis perveniret, a Valentini et Marcionis secta descivit, cum satis explorasset divinam hominis doctrinam. plurimi quoque philosophorum qui Christum non agnoscebant, ad eum commeantes plurimum ex eo ad suas artes adiumenti perceperunt. magni enim ab iis fiebat, cum geometricam arithmeticam et alias quae ad eruditionem faciunt scientias eos doceret. qua re non pauci Graecorum philosophorum eius, ut magistri sui, in suis scriptis honestam faciunt mentionem. fuit Origenes iam inde a tenera aetate ingenio acri et ad indagandum proclivi; ac puerum etiamnum, cum de sacrae Scripturae sensu ut abstrusiore inquireret, pater increpando monuerat ne sua aetate sublimiora quaereret; seque ipsum beatum iudicaverat, cui talis proles obtigisset. ad castitatem et continentiam ita a puero sese adsuefecit ut ei quattuor soli oboli ad victum quotidianum sufficerent. eumque is morem multos per annos tenuit, solo et storea indormiens, somnoque noctis non magnam partem decidens, maiorem meditandis divinis oraculis impendens. his intentus inedia vigiliis et nuditate ita se maceravit, ac vigorem corporis adeo attrivit, ut plane videretur exaruisse. vino oleo reliquisque id genus abstinens, pectoris maximam subversionem pertulit. his rebus

βόητος γενόμενος ὡς διαπρέπων ἔργῳ καὶ λόγῳ, πολλοὺς Ἕλληνας τὴν εἰδωλομανίαν βδελύττεσθαι πείσας μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι παρεσκεύασε. πολλῆς οὖν φήμης περὶ αὐτοῦ τρεχούσης καὶ πολλῶν μακρόθεν πρὸς αὐτὸν συρρυέντων, οὐ μόνον Ἕλληνας φιλοσόφους καὶ αἱρετικοὺς ἐλλογίμους πρὸς εὐσέβειαν εἵλκυσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄντας Χριστιανοὺς μᾶλλον στοιχειώσας ἐπεβεβαίωσεν. ὃν ὁ προλεχθεὶς Ἀμβρόσιος ἱκετεύσας πολλὰ καὶ παραβιασάμενος ἐν Καισαρείᾳ, καὶ ταχυγράφους μὲν αὐτῷ παραστήσας ἑπτὰ πλείους δὲ καλλιγράφους, ἑρμηνεῦσαι τὰς θείας
B γραφὰς αὐτὸν πεποίηκε. καὶ ὁ μὲν τὴν δέουσαν χρείαν αὐτῷ παρεῖχεν, ὁ δὲ ἐπὶ σχολῆς γενόμενος ὑπηγόρευσε τοῖς ταχυγράφοις, καὶ οἱ βιβλιογράφοι σὺν γυναιξὶν ἔγραφον, καλλιγραφεῖν ἐξησκημένοι. πᾶσάν τε θείαν γραφὴν ἡρμήνευσεν ἐπὶ ἔτη ιη'. λέγεται δὲ ὅτι ἑξακισχιλίας βίβλους συνέταξε. τοσοῦτον γὰρ ζῆλον εἰς τὴν ἐξήγησιν τῶν θείων λόγων ὁ Ἀμβρόσιος ἐπεδείκνυτο, ὥστε τὴν πολλὴν αὐτοῦ σπουδὴν Ὠριγένης μαρτυρῶν γράφει πρός τινα λέγων "ὁ ἱερὸς καὶ θεῷ γνησίως ἀνακείμενος Ἀμβρόσιος πολλὰ προσαγορεύει σε, ὅστις νομίζων με φιλόπονον εἶναι καὶ πάνυ διψᾶν
C τοῦ θείου λόγου ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ τῷ πρὸς τὰ ἅγια μαθήματα ἔρωτι. ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτόν με παρελήλυθεν ὥστε κινδυνεύειν ἀπαυδᾶν πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις. οὔτε γὰρ δειπνῆσαι ἔστιν ἡμῖν ἀντιβάλλουσιν, οὔτε δειπνήσασιν ἔξεστι περιπατῆσαι καὶ διαναπαῦσαι τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλο-

vitae doctrinaeque eximium nomen consecutus, effecit ut multi Graeci falsorum deorum cultum abominantes coronam fuso in veritatis testimonium sanguine mererentur. itaque ingenti eius praestantiae fama late divulgata, multisque ad eum ex remotis locis confluentibus, non tantum Graecos philosophos et haereticos praecipuos ad veram religionem traduxit, sed et ipsos Christianos magis solida doctrina confirmavit. ab hoc Ambrosius, quem diximus, Caesareae multis precibus ac tantum non vi obtinuit, adhibitis ei septem celeribus scriptoribus, ac pluribus qui eleganter scriberent, ut sacram Scripturam interpretaretur. Origeni Ambrosius necessaria omnia suppeditavit, isque per otium versionem celeribus scriptoribus dictavit: librarii autem et mulieres, scite scribere scientes, in plura exinde exemplaria transcribebant. absolvit eam versionem annis 18. fertur porro librorum sex milia conscripsisse Origenes. tantum autem fuit ac tam ardens Ambrosii huius studium enarrationis sacrarum literarum, ut Origenes ei quadam in epistola huiusmodi ferat testimonium: "sanctus deoque sincere deditus Ambrosius multam tibi S. D. is cum me existimet laborum tolerantem esse et sacrae Scripturae cognoscendae avidum, suo laborum studio et amore sacras res discendi id exploravit. tanto autem me post se reliquit intervallo, ut periculum sit ne de solvendis quotquot is mihi proponit quaestionibus desperare cogar. neque coenare nos exemplarium inter se collatio sinit,

λογεῖν καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. οὔτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος τὴν νύκτα ἔξεστιν ἡμῖν κοιμᾶσθαι, ἐπὶ πολὺ τῆς ἑσπέρας τῆς φιλολογίας παρατεινούσης. ἐῶ δὲ λέγειν καὶ τὰ ἕωθεν μέχρι τῆς θ', ἔσθ' ὅτε καὶ δεκάτης ὥρας· πάντες γὰρ οἱ θέλοντες φιλοπονεῖν τοὺς καιροὺς ἐκείνους τῇ ἐξετάσει τῶν θείων λογίων καὶ ταῖς ἀναγνώσεσιν ἀνατιθέασι." πᾶσαν τοίνυν ἑρμηνεύσας τὴν θείαν γραφὴν ἐτελεύτησεν ἐτῶν ξθ'. περὶ οὗ καὶ D ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς Παναρίοις λέγει "τοῦ μὲν Ἀμβροσίου τὰ πρὸς τροφὴν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὀξυγράφοις καὶ τοῖς ὑπηρετοῦσιν ἐξαρκοῦντος, χάρτας τε καὶ τἆλλα τῶν ἀναλωμάτων, τοῦ δὲ Ὠριγένους ἔν τε ἀγρυπνίαις καὶ πολιτείαις ὑπερβαλλούσαις καὶ σχολῇ μεγίστῃ τὸν περὶ τῆς γραφῆς διανύοντος κάματον, καὶ πᾶσαν τὴν καλουμένην τῶν ἑξαπλῶν πραγματείαν καὶ τῶν λοιπῶν ὁ ἀνὴρ μετὰ καμάτου πεφιλοτίμηται. οὐ μόνον γὰρ τὰς ἐπισήμους ἐκδόσεις κατὰ ταὐτὸν συνήγαγεν, ἀλλὰ καὶ πέμπτην καὶ ἕκτην κατὰ τοὺς χρόνους τούτους ἐν Ἰεριχῷ παρατυχὼν ἔν τινι πίθῳ, ταύτας συνέταξεν. ἐπὶ ταὐτὸν οὖν πάσας συναγαγών, διελὼν δὲ καὶ ἀντιπαραθεὶς P 254 ἀλλήλων μετὰ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἀντιγράφων εὐφυῶς μάλα καὶ ἐπιστημόνως ἐκ πολυπειρίας κατεσκεύασεν."

Ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἄσβεστον αὐτοῦ τὸ κλέος διέμεινε. συμβέβηκε γὰρ αὐτῷ τὸ τῆς πολυπειρίας δραστήριον πτῶμα ἐξαίσιον, καὶ μέντοι σκάνδαλον πολλοῖς καὶ ἀπωλείας πρόξενος γέγονε. βου-

neque a coena ambulare aut corpus quiete relaxare datur, sed illo etiam tempore literis vacare et emendare exemplaria cogimur. neque vero corporis reficiendi causa totam nobis noctem dormire conceditur, labore in multam noctem se extendente: ne dicam de matutinis laboribus, qui ad nonam, nonnunquam vero decimam horam porriguntur. quicunque enim volunt occupationibus istis inservire, tempora ista examinandis divinis oraculis et lectioni impendunt." Origenes ergo cum universam sacram scripturam esset interpretatus, mortuus est annos natus 69. de hoc magnus Epiphanius in Panariis sic scribit: suppeditavit Ambrosius alimenta et ipsi et scriptoribus et ministris, aliosque sumptus liberaliter fecit. Origenes autem vigiliis ac industria incredibilibus opus divinae Scripturae elaboravit; ac quae appellantur Hexapla, et reliqua omnia magno labore confecit. non enim tantum insignes istas editiones collegit, sed et quintam et sextam Ierichunte in dolio tum inventas adiecit; omnibusque in unum compositis dispositisque, ita ut ordine inter se omnia sibi Ebraicoque etiam quem addebat textui responderent; Hexapla ista scite admodum atque docte pro sua peritia concinnavit.

Non tamen gloria eius viri ad finem usque illibata permansit. nam illa tam multiplicis peritiae efficacitas ad extremum gravissimo eum casu afflixit; multisque offendiculo fuit et exitii auctor. dum enim nihil de

λόμενος γὰρ μηδὲν ἐᾶσαι τῶν θείων γραφῶν ἀνεξήγητον, εἰς ἐπαγωγὴν ἑαυτὸν περιέβαλεν ἁμαρτίας καὶ θανάσιμα ἐξηγήσατο ῥήματα. ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ Ἄρειος τὰς ἀφορμὰς εἴληφε καὶ οἱ καθε- B ξῆς ἀνόμοιοί τε καὶ ἀνόσιοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. φάσκει γὰρ οὗτος τολμήσας κατὰ τὴν ἀρχὴν ὅτι ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁρᾶν τὸν πατέρα οὐ δύναται, οὔτε τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔτε οἱ ἄγγελοι τὸ πνεῦμα, οὔτε οἱ ἄνθρωποι τοὺς ἀγγέλους. καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς οὐ θέλει εἶναι τὸν υἱόν, ἀλλὰ κτίσμα, καὶ κατὰ χάριν υἱὸν λέγεσθαι, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ψυχὴν προϋπάρχειν, καὶ τῶν δαιμόνων τὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν, καὶ τέλος τῆς κολάσεως, καὶ τὰ ἑξῆς τῶν βλασφημιῶν αὐτοῦ. πολλὴν γοῦν πεποίηκε σύνταξιν εἰς ἑκάστην γραφήν, καὶ ὅσα μὲν ἐν προσομιλίαις καὶ διὰ προοιμίων εἰς ἤθη τε καὶ εἰς φύσεις ζῴων τε καὶ C ἀλόγων εἴρηκε μέσος φερόμενος, πολλάκις χαριέντως διηγήσατο, ὅσα δὲ περὶ πίστεως ἐδογμάτισε, τῶν πάντων ἀτοπώτερος εὑρίσκεται. ἔδοξε δὲ καὶ ἀσκητικὸν βίον ἐπανηρῆσθαι, καὶ κατὰ τὸ σωμάτιον ἐπινενοηκέναι τι, οἱ μὲν ὅτι νεῦρον ἀποτετμηκέναι διὰ τὸ μὴ τῇ ἡδονῇ παρενοχλεῖσθαι, οἱ δὲ φάρμακον ἐπιτεθῆναι τοῖς μορίοις εἶπον παρ' αὐτοῦ καὶ ἀποξηρᾶναι. ἄλλοι δὲ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρουσιν, ὡς ὅτι καὶ βοτάνην ἰατρικὴν εὗρε μνήμης ἕνεκα. οὗτος πολλὰ λέγεται πεπονθέναι ὑπὲρ Χριστοῦ, λόγιος ὢν σφόδρα καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνατεθραμμένος. φθόνῳ δὲ διαβληθεὶς πρὸς D τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας, κακομηχανίᾳ διαβολικῆς ἐπινοίας εἰς

τῶν κρατύνας ἐγνωρίζετο, καὶ γυνή τις ἱερὰ καὶ θαυμασία, τὸν βίον ἀειπαρθένος καὶ ὡραία, πάνυ συσχεθεῖσα καὶ πολλαῖς μηχαναῖς θῦσαι τῶν τυράννων αὐτὴν ἀναγκαζόντων μὴ ἡττηθεῖσα. B προσέταξαν ἐκδοθῆναι στρατιώτῃ πρὸς αἰσχρὰν μῖξιν, καὶ μηδὲ οὕτως πειθομένην ὑποβαλέσθαι κεφαλικῇ τιμωρίᾳ. καὶ περισταθεῖσα λίαν ἐδεῖτο τοῦ Ἀνθίμου Νικομηδείας, μήπω τελειωθέντος διὰ μαρτυρίου, συμβουλεῦσαι αὐτῇ τί ἂν αἱρήσοιτο. ὁ δὲ χρηστὸς ὄντως ἀνὴρ καὶ οἰκονόμος καὶ πιστῶς ἐν κρίσει τὰ λόγια κυρίου ταμιευόμενός φησι "καλὸν μέν, ὦ τέκνον, τὸ κατόρθωμα τῆς ἁγνείας καὶ θεοπρεπές, μείζων δὲ ἡ τῆς πίστεως ἐντολή, κρηπὶς οὖσα τῶν καλῶν τῆς εὐσεβείας. μὴ οὖν προκρίνῃς τῶν κρειττόνων τὰ δεύτερα. ὥσπερ γὰρ ἐν περιστάσει τινὰ γενόμενον αἱρετώτερόν ἐστιν ὑπὲρ τοῦ σώματος διαρπαγῆναι τὸ ἱμάτιον, οὕτως C μᾶλλόν ἐστιν ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἄσπιλον τηρήσαντα τὴν ψυχὴν προδοῦναι τὴν σάρκα τοῖς παντοίως ἐνυβρίζειν ἐθέλουσιν ἢ ἀπολέσαι τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν." ἡ δὲ τούτου ἀκούσασα ἀπῄει ταλαντευομένη τὸν νοῦν, ὡς δύο καλῶν ἀντιποιουμένη. ἀλλ' ἡ θεία χάρις ταύτης διεφυλάξατο τὴν παρθενίαν τρόπῳ τοιῷδε. ὡς γὰρ ἐφ' ἑνὸς οἴκου συνεκλείσθη, λέγει τῷ στρατιώτῃ "μηδὲν ἄτοπον πράξῃς εἰς ἐμέ, ἄνθρωπε, καὶ παρέξω σοι μισθὸν ἐπάξιον· δώσω γάρ σοι φάρμακον, οὖσα φαρμακίς, ἀθανασίας πρόξενον, ᾧ χριόμενος ἄτρωτος μενεῖς ἐν τοῖς πολέμοις. καὶ εἰ βούλῃ τούτου λα- D βεῖν πεῖραν, ἐπίτρεψόν με σκευάσαι αὐτό." τοῦ δὲ μετὰ πολλῆς

mulier atque admiratione digna, pulchritudine formae insigni, et quae virginitatem servasset, comprehensa ac multis tyrannorum ut daemonibus sacrificaret tormentis frustra tentata, militi cuidam ad concubitum dedita est, ea condicione ut si eum non admitteret, capite plecteretur. tantis illa inclusa angustiis Anthimum Nicomediensem, qui nondum supplicio fuerat deditus, utrum horum optaret in consilium adhibuit. atque is, ut erat vir re vera bonus et dispensator verbi dei fidelis atque prudens, ita ei respondit: "filia, praeclarum ac divinum est castitatis conservandae officium: praestat tamen ei fidei praeceptum, quod est bonorum a pietate proficiscentium fundamentum. noli ergo deteriora praestantioribus anteponere. sicut enim in periculo aliquis constitutus vestem potius suam scindi quam corpus velit, ita in tentationibus quoque animae a contaminatione servandae causa corpus expedit libidini hominum exponere, potius quam eius generositas prodatur." his illa auditis mente anxia abiit, quia utrumque bonum expetebat. divina tamen benignitas virginitatem eius hoc pacto conservavit. inclusa in domum cum milite rogavit eum ut sibi parceret, dignam recepturus mercedem. se enim esse medicam, ipsique medicamentum praebituram quod mortis foret amuletum: nam eo inunctum in bellis fore invulnerabilem. atque eius rei periculum facere pos-

χαρᾶς ἐπιτρέψαντος, λαβοῦσα κηρὸν ἡ μακαρία καὶ ἐλαίῳ συμμίξασα καὶ μαλάξασα, καὶ τὸν ἑαυτῆς αὐχένα περιχρίσασα, λέγει αὐτῷ "πάταξον, ὡς δύνῃ." ὁ δὲ μετὰ δυνάμεως κατενέγκας τὸ ξίφος ἀπέτεμεν εὐθέως τὴν τιμίαν αὐτῆς κεφαλήν. καὶ οὕτω νικήσασα τῶν δυσμενῶν τὴν κακουργίαν διπλοῦν τὸν στέφανον τὸν τοῦ μαρτυρίου καὶ τῆς ἁγνείας ἀνεδήσατο.

Ὡσαύτως δέ τις καὶ ἄλλη γυνὴ εὐπρεπεστάτη, κόρη οὖσα P 266 καὶ παρθενίαν ἀσκοῦσα, διεβλήθη ὡς τοὺς θεοὺς ἐνυβρίζουσα· ἣν συλλαβόμενοι καὶ μαστιγώσαντες μὴ ὑπείκουσαν τῇ τούτων δυσσεβείᾳ παρέδωκαν εἰς πορνεῖον, ἐντειλάμενοι τῷ ταύτην νέμοντι κομίζειν ὑπὲρ αὐτῆς ἡμερήσιον νομίσματα τρία. ὃς ἔκδοτον αὐτὴν ἔστησε τοῖς βουλομένοις· καὶ πολλῶν πρὸς αὐτὴν εἰσπηδώντων πάντας ἀπεκρούετο, προφασιζομένη ἕλκος ἔχειν ἐπὶ κρυπτοῦ τόπου καὶ τούτου τὴν ἀπαλλαγὴν ἐκδέξασθαι. οὕτως οὖν τούτους ἀποβουκολοῦσα τὸν θεὸν ἱκέτευεν ἄσπιλον τὴν παρθενίαν αὐτῆς διαφυλάξαι. καὶ δὴ ὑπήκουσεν αὐτῆς ὁ θεός. καὶ ἔρχεταί τις νεανίσκος περιφανὴς καὶ λίαν εὐσεβὴς ἑσπέρας βαθείας πρὸς τὸν πορ-B νοβοσκόν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ νομίσματα πέντε, λέγων "ἔασόν μοι ταύτην τὴν κόρην" .... τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ περικαλύψας τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἐξέπεμψεν αὐτὴν ἄφθορον καὶ ἀνέπαφον. ἡμέρας δὲ γενομένης καὶ τοῦ δράματος γνωσθέντος ἐκρίθη ὁ νεανίας ἀναιρεθῆναι, καὶ τούτου γενομένου ἐπλήρωσε τὸ κυριακὸν λόγιον τὸ φάσκον "μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ."

set, rogavit ut sibi eius medicamenti conficiendi potestatem faceret. id cum miles admodum laetus permisisset, illa ceram oleo permiscuit atque subegit, colloque suo ea re inuncto militem omni robore ferire iussit, vim medicamenti experturum. ita miles valido gladii ictu illato venerandum caput statim amputavit; atque illa victa adversariorum malitia, martyrii coronam castitatis corona auxit.

Eodem modo alia quaedam puella, virgo formosissima et virginitatis servandae studiosa, delata quod in deos contumeliosa fuisset, cum capta et flagris caesa non cederet hostium impietati, in lupanar est tradita, lenonique cibum ei suppeditanti mandatum ut ab ea quotidie tres numos exigeret. ab eo prostituta omnes ad se ingressos avertit, ulcus sibi esse secreto loco mentiens, utque eius sanationem exspectarent orans. his ita deceptis, deum precata est ut suam virginitatem impollutam sibi servaret. estque ab eo sui voti compos facta: nam alta nocte adolescens quidam illustris atque admodum pius ad lenonem accessit, eique dedit quinque numos, ut ad puellam hanc admitteretur ... vestes eius, capiteque velato intactam dimisit. facta luce res deprehensa est, et adolescens morte multatus. isque eo facto implevit divinum oraculum illud (Ioan. 15) "maiorem caritatem nemo potest praestare quam ut vitam pro amicis impendat."

Ὁμοίως καὶ ἑτέρου μονάζοντος κατασχεθέντος ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν, μετὰ πολλὰς ποινὰς καὶ μάστιγας τελευταῖον πονηρὰν ἐπενόησαν ἐπίνοιαν εἰς φθορὰν τῆς σωφροσύνης τοῦ δικαίου. ἔν τινι γὰρ κήπῳ κλίνην στρώσαντες καὶ τὸν ἅγιον ἐν αὐτῇ δεσμήσαντες ἐπαφῆκαν αὐτῷ γύναιον ἄσεμνον, ὡς ἂν μὴ δυνάμενος τὰς ἐκ C ταύτης μηχανὰς διαφυγεῖν καὶ ἄκων εἰς τὴν πονηρὰν καθελκυσθῆναι πρᾶξιν. τῆς δὲ τούτῳ περιπλεκομένης καὶ καταφιλούσης αὐτόν, τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν ἀποτεμὼν τοῖς ὀδοῦσι προσέπτυσεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῆς, κἀκ τούτου ἑαυτῷ μὲν πόνους καὶ ἀλγηδόνας ἀντὶ ἡδονῶν ἐπεισήγαγεν, ἐκείνην δὲ σφόδρα κατέπληξε καὶ ἀηδίας ἐνέπλησε τῷ ῥεύματι τοῦ αἵματος. ὅπερ ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες ἐθαύμαζον τὴν τῶν μοναζόντων σωφροσύνην καὶ ἀκρίβειαν.

Ἡττηθέντες οὖν οἱ δυσσεβεῖς τύραννοι Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς τῷ πλήθει τῶν ἀναιρουμένων, δόγμα ἐξέθεντο ὥστε τοὺς εὑρισκομένους Χριστιανοὺς ἐξορύττεσθαι τὸν δεξιὸν τῶν D ὀφθαλμῶν, οὐ μόνον διὰ τὸ ὀδυνηρὸν ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἄτιμον καὶ πρόδηλον καὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ἀλλότριον.

Τῷ ζ' ἔτει αὐτῶν τὴν Βούσιριν καὶ τὴν Κοπτόν, πόλεις ἐν Θήβαις τῆς Αἰγύπτου, ἀποστατησάσας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς εἰς ἔδαφος κατέσκαψαν. τῷ θ' ἔτει ὡς ἐν στήλῃ ἐνέγραψαν οἱ δυσσεβεῖς καθ' ἡμῶν, ὡς πάντων ἀναιρεθέντων Χριστιανῶν πάσης εὐθηνίας καὶ εὐκρασίας ἡ Ῥωμαίων πολιτεία πλησθήσεται,

6 καθελκυσθῇ?

Alius monachus ab impiis correptus, cum multis cruciatibus atque flagellis non esset victus, tandem ad castitatem eius vitiandam hoc est a malis initum consilium. lectum in quodam horto sternunt, eique sanctum istum hominem illigant; immittuntque ei impudicam mulierem, ut cum eius tentationes subterfugere non posset, ita invitus quoque ad obscoenam rem pertraheretur. is ergo, cum amplexa eum mulier deoscularetur, linguam suam dentibus praecisam in faciem mulieris exspuit. quo facto et dolores sibi loco voluptatis intulit, eamque vehementer perterrefecit, sanguinisque fluxio plurimum attulit molestiae. Graeci porro his auditis monachorum continentiam et perfectionem admirari.

Victi autem impii tyranni Diocletianus et Maximianus multitudine necatorum, edixerunt ut Christianus si quis esset inventus, ei oculus dexter erueretur; quod supplicium non modo propter dolorem, sed et propter conspicuam ignominiam inusitatumque Romanis moribus poenae genus, grave fore arbitrabantur.

Septimo imperii sui anno Busirin et Coptum, quae urbes Aegypti sunt et ad Thebas pertinent, quod eae a Romano imperio defecissent, solo aequaverunt. nono anno in statua ediderunt, omnibus Christianis interfectis, Romanum imperium rebus prosperis affluxurum. secus autem

καθὼς ὑπελάμβανον οἱ ἀλάστορες· διὸ καὶ λιμὸς καὶ λοιμὸς καὶ αὐχμός, καὶ πᾶν ὅτιοῦν ἔστι κακὸν εἰπεῖν, τοὺς ἀνθρώπους μετῆλ- P 267 θε, καί τινος ἑτέρου νοσήματος μοῖρα. ἕλκος δὲ ἦν φερωνύμως τοῦ πυρώδους ἄνθρακος λεγόμενον, καθ' ὅλον μὲν ἕρπον τὸ σῶμα, σφαλεροὺς δὲ τοῖς πεπονθόσιν ἐνεποίει κινδύνους. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐξαιρέτως ἐπὶ πλεῖστον γενόμενον μυρίους ὅσους ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶ πηροὺς ἀπειργάσατο. καὶ σὺν τούτοις προσεπανίσταται τῷ τυράννῳ ὁ πρὸς Ἀρμενίους πόλεμος, ἀθρόως ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν συρρεύσαντα τῆς τοῦ δυσσεβοῦς θρασύτητος τὴν κατὰ τοῦ θεοῦ μεγαλαυχίαν, ὅτι δὴ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα σπουδῆς αὐτοῦ καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἕνεκα πολιορ- B κίας μὴ λιμὸν μηδὲ λοιμὸν μήτε μὴν πόλεμον ἐπὶ τὸν αὐτοῦ συμβῆναι καιρὸν ἐνηβρύνετο. ταῦτα δὴ οὖν ἅμα καὶ κατὰ ταυτὸν ἐπῆλθον, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν καταστροφῆς περιειλήφει τὰ προοίμια. αὐτὸς μὲν οὖν τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον ἅμα τοῖς αὐτοῦ στρατοπέδοις κατεπονεῖτο, τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις καὶ χώρας οἰκούντων δεινῶς ὁ λιμὸς ἅμα καὶ ὁ λοιμὸς κατέτρυχε, καὶ μυρίοι μὲν ἐτύγχανον οἱ κατὰ πόλεις θνήσκοντες, πλείους δὲ οἱ κατ' ἀγροὺς καὶ κώμας, ἁπάντων σχεδὸν τροφῆς ἐνδείᾳ καὶ λοιμώδει νόσῳ διεφθαρμένων. καὶ γὰρ οἱ μὲν χόρτον διαμασώμενοι καὶ τὴν ἕξιν λυμαινόμενοι διώλλυντο, οἱ δὲ ἀπεσκληκότες ὥσπερ εἴδωλα νεκρά, ὧδε κἀκεῖσε ψυχορραγοῦντες ἐν- C σειόμενοί τε καὶ περιολισθαίνοντες, κατέπιπτον ἐν ταῖς πλατείαις.

9 ἃ ἀθρόως — συρρεύσαντα ἐξήλεγχον τῆς?

evenit quam furiis istis visum fuit. nam et fames et pestis et siccitas homines infestavit; ac ulcera quos carbunculos vocant, per totum serpentia corpus periculosos morbos afferebant, praesertim autem oculis ut plurimum occupatis, multa virorum mulierum puerorumque milia mutilaverunt. simul et bellum Armenium tyranno incidit. tot tantaque simul mala eodem tempore ingruentia impiam adversus deum audacemque eius iactantiam refutaverunt, cum is eo quod simulacris divinum cultum exhiberet Christianosque oppugnaret, nullum eorum, nedum simul omnia, sibi metuendum secure putavisset. haec ergo confertim irruerunt, principiumque simul exitii tyranno appetiit. atque is quidem cum suis legionibus bello Armenio incumbebat, reliquos autem ei subditas urbes inhabitantes graviter fames iuxtaque pestis affligebant; ac innumeri per urbes, plures etiam per agros et pagos peribant, et prope universi cum alimentorum defectu tum peste exstinguebantur. quippe alii gramine vescentes corporis habitum vitiabant, itaque se perdebant; alii macie consumpti, umbris mortuorum assimiles hinc inde delinquente animo oberrabant, titubantesque in plateis concidebant. inde nuda cadavera complures dies sepulturae expertia sparsim iacebant ac spectaculum cernentibus miserabile exhibebant, quaedam etiam a canibus diripiebantur.

ὅθεν νεκρὰ σώματα καὶ γυμνά, ἐφ' ἡμέραις πλείοσιν ἄταφα διερριμμένα, θέαν οἰκτρὰν καὶ ἐλεεινὴν παρεῖχον τοῖς ὁρῶσιν, ἤδη γέ τοι καὶ κυνῶν τινὲς ἐγένοντο βορά. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ λοιμὸς πάντας οἴκους ἐπενέμετο. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ τύραννοι ἄξια τῆς δυσσεβείας αὐτῶν τὰ ἐπίχειρα ἐκομίσαντο, οἱονεὶ ἀρραβῶνα τῶν μελλόντων αὐτοὺς μετὰ θάνατον διαδέξασθαι τιμωριῶν ἐντεῦθεν κομιζόμενοι. νόσῳ γὰρ δεινοτάτῃ ὁ Διοκλητιανὸς μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τῆς βασιλείας περιπεσὼν ἀλγηδόσιν ἰσχυραῖς τὴν σάρκα πᾶσαν διελυμαίνετο, καὶ τὰ μὲν ἔγκατα διεφθείροντο ὑπὸ τῆς σφοδροτάτης φλογώσεως, ἡ δὲ σὰρξ πᾶσα κηροῦ δίκην διετή- D κετο. καὶ σὺν τούτοις ἐκτυφλοῦται καὶ πηρὸς ὁ δείλαιος ἀποκαθίσταται. κἀντεῦθεν ἐλεεινῶς διαφθειρόμενος καὶ δεινῶς κατασηπόμενος σκωλήκων πλῆθος ἐκ τοῦ φάρυγγος ἀνέφερε σὺν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ κατασαπείσῃ. τοσαύτην οὖν δυσωδίαν ἐξέπεμπεν ὡς οὐδὲν τῶν ἐν τάφοις διαλυθέντων νεκρῶν διαφέρειν. ὁ δὲ τύραννος ἐν τούτοις ἐμπνέων στενάξας θάνατον ἐπεκαλεῖτο, καὶ τὰ τελευταῖα πνέων ἔφη "οἴ μοι τῷ ἐλεεινῷ καὶ θρήνων ἀξίῳ, ὁποίαν τῶν εἰς Χριστιανούς μοι τετολμημένων ἀσεβειῶν ἀξίαν ὑπέχω τὴν τιμωρίαν." καὶ ταῦτα μὲν ὕστερον συμβέβηκε τῷ ἀλιτηρίῳ.

Τῷ δὲ θ' καὶ ι' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Κωνστάντιον τὸν P 268 λεγόμενον Χλωρὸν διὰ τὴν ὠχρότητα τοῦ προσώπου αὐτοῦ καὶ Μαξιμιανὸν Γαλλέριον Καίσαρας ἐποίησαν, πείσαντες τὰς ἰδίας αὐτῶν καταλιπόντας γαμετὰς τὰς αὐτῶν εἰληφέναι θυγατέρας.

2 τέ P

ceterum pestis omnes domos depopulabatur. neque multo post ipsi tyranni dignam impietatis suae mercedem tulerunt, veluti arrabonem accipientes eorum suppliciorum quibus erant post mortem afficiendi. nam Diocletianus, cum se imperio abdicavisset, gravissimum in morbum incidit, cuius doloribus vehementibus totum corpus affligebatur, viscera inflammatione acerrima corrumpebantur, caroque universa cerae in morem colliquabatur. quin et luminibus miser captus atque mutilatus est. exinde miserabiliter putredine absumptus ex faucibus multitudinem vermium ipsa cum lingua, quae computruerat, eiecit; atque adeo in sepulcris confectorum cadaverum foetore nihilo melius foetuit. inter haec ille spirans atque gemens mortem invocabat, atque extremo spiritu haec verba edidit "vae miserabili mihi et digno qui lugeatur: quam iustas meorum in Christianos impiorum conatuum poenas pendo!" haec scelesto illi postea temporis evenerunt.

Nono autem et decimo sui imperii anno Constantium, qui a pallore faciei Chlori cognomen tulit, et Maximianum Gallerium Caesares creaverunt Diocletianus et Maximianus; iisque persuaserunt ut dimissis quas

Θεοδώρα ἦν τοῦ Κωνσταντίου καὶ Βαλλερία ἡ τοῦ Γαλλερίου ἤτοι τοῦ Διοκλητιανοῦ θυγάτηρ.

Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει τῆς Ἀλεξανδρείας σὺν τῷ Αἰγύπτῳ ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀποστατησάσης, τῇ προσβολῇ τῶν Ῥωμαίων πλεῖστοι ἀνῃρέθησαν.

Τῷ ια' ἔτει φρικτὸν διωγμὸν κατὰ Χριστιανῶν ἐγείραντες B *πολλὰς μυριάδας μάρτυρας ἐποίησαν. τοῦτο ἔτος ἦν τοῦ κόσμου ,εψπζ'. καὶ φησὶν Εὐσέβιος ὅτι Ἄδαγκτος μάγιστρος ἐμαρτύρησε. τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν θυγατέρων ζητουμένων, διὰ τὸ μὴ διαφθαρῆναι τὴν σωφροσύνην ἑαυτὰς ἔρριψαν κατὰ τοῦ ποταμοῦ. ζητητέον οὖν εἰ ἀριθμοῦνται εἰς μάρτυρας.*

Τῷ ιβ' ἔτει Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος Γαλλίας καὶ Βρεττανίας, Κωνστάντιος δὲ Ἀλανίας καὶ Ἀφρικῆς ἐκράτησαν.

Τῷ ιγ' ἔτει τοὺς ἐν στρατείᾳ Χριστιανοὺς ἐξέβαλον.

Τῷ ιζ' ὁ Γαλλέριος Μαξιμιανὸς κατὰ Ναρσέως τοῦ τῶν C *Περσῶν βασιλέως ἐκδραμὼν τοῦτον μὲν ἐδίωξε, τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ ἀφελόμενος καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ σφαγὴν μεγάλην ποιήσας, ὑπέστρεψε πρὸς Διοκλητιανόν, καὶ βαλάντια πεπληρωμένα ἔχων λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν, ἀφ' ὧν πρῶτος Διοκλητιανὸς ἐσθῆτι καὶ ὑποδήμασι λίθοις τιμίοις καὶ χρυσῷ κεκοσμημένοις ἐχρήσατο, προσκυνεῖσθαί τε ἑαυτὸν παρὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἔθος ἐκέλευσε καὶ θρίαμβον ἐπετέλεσεν. ὠνομάσθη δὲ θρίαμβος ἀπὸ τῶν*

2 ἤτοι] ἡ?

habebant uxoribus filias ipsorum ducerent. Theodoram duxit Constantius, Valeriam Gallerius Diocletiani filiam.

Decimo anno cum Alexandria et Aegyptus duce Achille rebellassent, impetu Romanorum magna est edita strages.

Undecimo anno terribilem in Christianos persecutionem excitarunt, multaque sunt milia martyrum facta. fuit is annus mundi 5787. tunc ait Eusebius Adanctum magistrum fuisse religionis causa supplicio affectum, uxorem autem eius et duas filias, cum quaererentur, ne pudicitia ipsarum violaretur, sese in amnem abiecisse. quaestio igitur est, sintne eae martyribus annumerandae.

Duodecimo anno Maximianus Herculeus Galliam et Britanniam, Constantius Alaniam et Africam obtinuerunt.

Decimo tertio anno Christianos milites exauctorarunt.

Decimo septimo Gallerius Maximianus excursione contra Narsen Persarum regem facta eoque in fugam acto uxorem eius omniaque bona cepit, magnaque caede peracta ad Diocletianum rediit, adferens etiam loculos lapidum pretiosorum et unionum plenos. exinde veste ac calceis auro gemmisque ornatis Diocletianus uti coepit, seque contra pristinum morem adorari iussit, ac triumphavit. triumpho nomen est a car-

ἐπῶν τῶν εἰς τὸν Διόνυσον· θρίασιν γὰρ τὴν τῶν ποιητῶν μανίαν λέγουσιν. ἢ ἀπὸ τοῦ θρία, τὰ φύλλα τῆς συκῆς ἀνακειμένης τῷ Διονυσίῳ. τότε καὶ ὁ μέγας Σίλβεστρος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐκράτει ἐπὶ χρόνους κη'.

Κωνσταντίνου δὲ τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίου ἐν τῇ ἀνατολῇ καὶ D Παλαιστίνῃ μετὰ τοῦ Γαλλερίου τυγχάνοντος, ὡς αὐτὸν ὁ Γαλλέριος ἑώρα τὰ Χριστιανῶν φρονοῦντα συνέσει τε ψυχῆς καὶ ῥώμῃ σώματος καὶ τῇ περὶ τὴν παίδευσιν εὐφυΐᾳ προκόπτοντα, μαντευσάμενός τε τοῦτον καταλύτην ἔσεσθαι τῆς τυραννίδος καὶ τῶν δογμάτων αὐτοῦ, δόλῳ θανατῶσαι τοῦτον ἐσκέψατο. θείᾳ δὲ προμηθείᾳ φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται καὶ πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα διασώζεται, πολλὰ σὺν αὐτῷ τῷ σώσαντι εὐχαριστῶν Χριστῷ.

Τῷ ιη' ἔτει Διοκλητιανοῦ Θεοτέκνῳ γόητι πειθόμενος ὁ Γαλλέριος διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἤγειρεν. οὗτος ὁ Θεότεκνος ὑποθήκῃ Μαξιμιανοῦ τὰ ἐπὶ Χριστοῦ δῆθεν παρὰ Πιλάτου πρα- P 269 χθέντα πλασάμενος, ὑπομνήματα πάσης βλασφημίας ἀνάπλεα κατὰ πόλιν καὶ κώμην ἔσταλκε, Μαξιμιανοῦ προστάξαντος τοῖς γραμματοδιδασκάλοις ταῦτα τοὺς παῖδας ἐκδιδάσκειν, ὡς ἂν διαγελῷτο τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον.

Τῷ ιθ' ἔτει πρόσταγμα ἐδόθη βασιλικόν, τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐδαφίζεσθαι καὶ τὰς θείας βίβλους κατακαίεσθαι, καὶ πάντα Χριστιανὸν ἢ θύειν τοῖς εἰδώλοις ἢ ἐν βασάνοις ἀνυποστάτοις ἀποθνήσκειν.

minibus quibus Bacchus celebratur: thriasin enim furorem poeticum vocant. vel a thriis, hoc est foliis ficus, Baccho sacrae. tunc etiam magnus Silvester Romanae ecclesiae per annos 28 praefuit.

Gallerius porro Constantinum Chlori filium secum in Oriente et Palaestina degentem Christianis favere intelligens, eumque prudentia robore ac doctrina augeri subinde animadvertens, praesagiensque ab eo tyrannidem suam et impiam superstitionem abolitum iri, dolo necare instituit. divina autem providentia factum est ut is fuga sibi consuleret salvusque ad patrem perveniret, Christo salutis suae auctori cum eo magnas agens gratias.

Anno decimo octavo Gallerius Theotecni praestigiatoris suasione in Christianos persecutionem excitavit. is Theotecnus iussu Maximiani rem a Christo apud Pilatum gestam composuit, commentariosque suos omnis generis impiorum maledictorum plenos per omnes urbes atque pagos circummisit, Maximiano ludorum magistris praecipiente ut eos pueris proponerent, quo nostra religio strideretur.

Decimo nono edixerunt imperatores ut templa Christianorum solo aequarentur, libri sacri comburerentur, Christianique aut simulacris sacrificarent aut tormentis intolerabilibus enecarentur.

Τῷ κ' ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμια-
B νὸς ὁ Ἑρκούλιος ἐξ ἀπονοίας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὴν βασιλείαν ἀπέθεντο,
καταστήσαντες ἀντ' αὐτῶν βασιλεῖς τῆς μὲν ἑῴας Γαλλέριον Μα-
ξιμιανὸν τὸν Διοκλητιανοῦ γαμβρόν, τῶν ἑσπερίων δὲ Κωνστάν-
τιον τὸν Ἑρκουλίου γαμβρόν. καὶ ὁ μὲν Διοκλητιανὸς ἰδιωτεύσας
ἔτη ιβ' τῆς γλώσσης αὐτοῦ σαπείσης μετὰ τοῦ φάρυγγος καὶ πλῆ-
θος σκωλήκων ἀναβρασάσης τὸ πνεῦμα ἀπέρρηξεν, ὁ δὲ Ἑρκούλιος
τὴν βασιλείαν ἀναλαβέσθαι βουληθεὶς καὶ μὴ ἐπιτυχὼν ἀπήγξατο.
ὁ δὲ Γαλλέριος σκωληκόβρωτος γεγονὼς ἐξέψυξεν.

Ὁ δὲ Κωνστάντιος λίαν ἀγαθὸς ὢν καὶ εὐσεβὴς καὶ τὸν υἱὸν
Κωνσταντῖνον ὁμοίως ἐπαίδευσε, καὶ τῷ καθ' ἡμῶν διωγμῷ οὐ-
δαμῶς ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν χριστιανίζειν ἀδεῶς
C καὶ ἀκωλύτως ἐπέτρεπε. τελευτᾷ δὲ ἐν Βρεττανίαις, βασιλεύσας
ἔτη δύο. Καῖσαρ δὲ ἦν ἔτη ιγ'. ὃς ἐγέννησεν ἐξ Ἑλένης τῆς
πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν καὶ ἅγιον, περὶ
τὴν τῆς Δακίας πόλιν· ὃν καὶ ἀναγορεύει ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα ἐν
Ῥώμῃ ἐπ' ὄψεσι παντὸς τοῦ λαοῦ, περιόντων καὶ τῶν λοιπῶν αὐ-
τοῦ παίδων, Κωνσταντίου φημὶ τοῦ πατρὸς Ἰουλιανοῦ καὶ Γαλ-
λοῦ τοῦ καὶ Δαλμάτου· μεθ' ὧν καὶ θυγατέρα εἶχε Κωνσταντίαν
τὴν Λικιννίου γαμετήν, ἐκ Θεοδώρας τῆς θυγατρὸς Ἑρκουλίου
γεννηθεῖσαν. οὗτος δὲ ὁ Κωνστάντιος ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντί-
νου πατὴρ θυγατριδοῦς ἦν Κλαυδίου τοῦ βασιλέως.

D Ἦν δὲ τῇ ἰδέᾳ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος μεσῆλιξ, εὐρύτερος
τοὺς ὤμους καὶ παχὺς τὸν αὐχένα, ὅθεν καὶ Τραχηλᾶν αὐτὸν

Anno vigesimo Diocletianus et Herculeus vaecordia impulsi una die imperio se abdicarunt, suo loco imperium Orientis Gallerio Diocletiani genero, Occidentis Constantio Herculei genero mandantes. ac Diocletianus quidem cum privatus annos duodecim vixisset, lingua ei et faucibus putrefactis, cum magnam vim vermium eiecisset, exstinctus est. Herculeus imperium recuperare aggressus, cadente ad irritum conatu, suspendio vitam finiit. Gallerius a vermibus corrosus obiit.

Constantius autem cum vir esset optimus atque piissimus, iisdem artibus filium Constantinum imbuit. nunquam fuerat socius consilii de vexandis Christianis, sed et suos subditos aperte ac libere nostram religionem colere passus est. mortuus est in Britannia, cum imperasset biennium, Caesar fuisset annos 13. Ex Helena, prima sua uxore, genuit Constantinum, qui magnus est cognominatus, apud urbem Daciae; eumque Romae coram universo populo suo loco imperatorem designavit, cum superessent etiam reliqui eius filii, Constantius inquam pater Iuliani, ac Gallus, qui et Dalmata, iunioris Dalmatae pater. habebat etiam filiam Constantiam, quae Licinii uxor fuit, nata Herculii filia Theodora. ipse pater magni filia Claudii imperatoris natus fuit.

Constantinus magnus statura fuit mediocri, latus humeros, cervice crassa; unde et cervicosum nominabant. ruber fuit, capillo non denso

ἐπωνόμαζον, τὴν χροιὰν ἐρυθρός, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς οὐ δασεῖαν οὐδὲ οὔλην ἔχων, τὴν δὲ τοῦ γενείου ψιλήν πως καὶ πρὸς τὸ μηδὲ φύειν πολλαχοῦ τοῦ προσώπου, τὴν ῥῖνα ἐπίγρυπον, τὸ δὲ ὄμμα παραπλήσιον λέοντι, χαρίεις καὶ φαιδρότατος, παιδείας μετασχὼν μετρίας. τὸ δὲ ἐγκρατεὺς περὶ τὰς ἐπιθυμίας τῆς γαστρὸς εἰς ἄκρον κεκοσμημένος, ἐν τούτῳ τὰς πολλὰς διαφεύγειν τοῦ σώματος νόσους, οὐχ ὑγιῶς αὐτοῦ διακειμένου, ἀπειλοῦντός τε λώβην καὶ φύοντος πλεῖστα μοχθηρά.

Γαλλέριος τοίνυν Μαξιμιανὸς ἐπὶ Ἰταλίαν ἐλθὼν ἐχειροτόνησε P 270 Καίσαρας δύο, Μαξιμιανὸν μὲν τὸν ἴδιον υἱὸν κατὰ τὴν ἑῴαν, ἐφ' οὗ καὶ οἱ πρὸς πατρὸς τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ πατέρες διὰ τὸν αὐτοῦ διωγμὸν εἰς ἐρήμους μακρύναντες ἐφυγαδεύθησαν, Σεβῆρον δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν. οἱ δὲ ἐν Ῥώμῃ στρατιῶται ἀνηγόρευσαν Μαξέντιον τὸν υἱὸν Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου βασιλέα.

Κρατήσας οὖν ὁ θειότατος καὶ χριστιανικώτατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐβασίλευσε Γαλλιῶν καὶ Βρεττανίας. τῷ πρώτῳ οὖν αὐτοῦ ἔτει, τῆς δὲ θείας σαρκώσεως ςϙα', τοῦ δὲ κόσμου ͵εψϙζ' τέσσαρες οὗτοι συνεβασίλευον αὐτῷ, Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος B, σὺν δυσὶ Καίσαρσι Σεβήρῳ καὶ Μαξιμιανῷ τῷ Γαλλερίου υἱῷ καὶ Μαξεντίῳ τῷ υἱῷ τοῦ Ἑρκουλίου, ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναγορευθέντι βασιλεῖ. οὗτοι ἀλλήλους ἔσπευδον ὑπερβάλλειν εἰς τὸν κατὰ Χριστιανῶν πόλεμον, πάσῃ τε κακίᾳ καὶ θηλυμανίᾳ συζῶντες ἀνατομαῖς βρεφῶν τῶν ἐγκυμονουσῶν γυναι-

5 τῷ δὲ ἐγκρατεύεσθαι? 6 διέφευγε?

neque crispo; barba rara, et faciem paucis locis tegente; naso aliquantum incurvo, oculis leoninis, gratiosus, ac vultu serenissimo. literas mediocriter tenuit, continentia ad frenandas ventris cupiditates perfectissima ornatus; qua etiam usus multos corporis evitavit morbos, cuius non salubris constitutio lepram minabatur et prava multa efferebat.

Gallerius ergo Maximianus in Italiam reversus Caesares duos creavit, Maximianum filium suum, qui Orientem regeret (sub quo etiam, qui cum magno erant Basilio patres, propter eius persecutionem in solitudines longe fugere coacti sunt), et Severum, qui Italiae imperaret. milites autem Romae Maxentium Maximiani Herculei filium imperatorem constituerunt.

Constantinus ergo magnus, imperator piissimus, imperium Galliae ac Britanniae obtinuit. primo eius anno, qui fuit a natali Christi 291, ab exordio mundi 5797, habuit in imperio quattuor collegas, Gallerium, huius filium Maximianum, et Severum, Caesares hos duos, et Maxentium Herculei filium, Romae a militibus imperatorem designatum. hi certatim Christianos persequentes vitam per omne scelus ac libidinem habe-

κῶν ἐν μαντείαις ἐχρῶντο, ἁρπαγαῖς τε καὶ φόνοις, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Τοῦ δὲ Σεβήρου τελευτήσαντος Λικίνιον οἱ Ῥωμαῖοι Καίσαρα ἀνηγόρευσαν, Κωνσταντίνῳ χαριζόμενοι γαμβρῷ αὐτοῦ ὄντι C εἰς ἀδελφὴν Κωνσταντίαν, καὶ ὑποκρινόμενον ψευδῶς τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσέβειαν. Μαξέντιος δὲ πάνδεινα τοῖς Ῥωμαίοις ἐποίει κακά· τάς τε γὰρ οὐσίας αὐτῶν καὶ γυναῖκας καὶ θυγατέρας ἥρπαζε, καὶ αὐτοὺς πολυτρόπως ἀνῄρει, καὶ ἄμετρα τοῖς δαίμοσιν ἐξακολουθῶν ἐπετέλει. ὅθεν καὶ πρεσβείαν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς Κωνσταντῖνον ποιησάμενοι κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Μαξεντίου τοῦτον διήγειραν. ὁ δὲ Μαξέντιος τὸν παραρρέοντα τῇ πόλει ποταμὸν ναυσὶ γεφυρώσας κατὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀντιπαρετάξατο. ὁ δὲ δεδιὼς τὰς τοῦ Μαξεντίου γοητείας ἐν πολλῇ ἀγωνίᾳ ἦν. φαίνεται οὖν αὐτῷ ἐν ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας ὁ τίμιος σταυρός, ἐκ D φωτὸς κατεσκευασμένην ἔχων ἐπιγραφὴν δι' ἀστέρων "ἐν τούτῳ νίκα." ἐν ὁράματι δὲ τῆς νυκτὸς ἐφίσταται αὐτῷ ὁ κύριος, λέγων "χρῆσαι τῷ δειχθέντι σοι σημείῳ, καὶ νίκα." τότε σταυρὸν χρυσοῦν σχεδιάσας, ὅς ἐστι μέχρι καὶ νῦν, ἐκέλευσε προάγειν ἐν τῷ πολέμῳ· καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττήθησαν οἱ περὶ Μαξέντιον, καὶ τοῦ πλήθους ἀναιρουμένου Μαξέντιος σὺν τοῖς λοιποῖς τῇ γεφυρᾷ ἐπέβη φεύγων, ἥτις θείᾳ δυνάμει διαρραγεῖσα ἐν τῷ ποταμῷ πάντας κατεπόντισεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι λυτρωθέντες τῆς τοῦ πονηροῦ Μαξεντίου τυραννίδος, τὴν πόλιν στεφανώσαντες, εἰσι-

5 ὑποκρινομένῳ P

bant. gravidarum quoque foetus exsecabant, iisque ad divinationem utebantur, rapinis caedibus aliisque flagitiis dediti.

Mortuo Severo Romani Licinium Caesarem creant in gratiam Constantini, cuius sororem Constantiam uxorem is habebat, falsoque simulabat se Christianum. at Maxentii atroces erant in Romanos iniuriae, facultates uxores filiasque eorum rapientis, varieque ipsos trucidantis, daemonibusque ad quaevis flagitia obeunda obtemperantis. ideo Romani Constantinum missis legatis adversus Maxentium evocaverunt. Maxentius fluvium qui Romam praeterfluit, ponte ex navibus confecto iunxit, castraque castris Constantini opposuit. Constantino praestigias Maxentii metuenti, ideoque gravi sollicitudine detento, sexta diei hora venerabilis crux ex luce apparuit cum inscriptione ex stellis facta "in hoc vince." noctu quoque ei dominus apparuit adstans, promittensque ei, si demonstrato uteretur signo, victoriam. itaque Constantinus auream crucem, quae etiamnum exstat, tumultuario opere confectam praeferri in pugnam iussit; eaque commissa victus est Maxentii exercitus, ac plerique occisi. ipse cum reliquis fugiens Maxentius cum in pontem venisset, is divina vi ruptus universos in fluvium deiecit atque submersit. Romani tyrannide scelerati Maxentii liberati urbem coronis ornant, vi-

δέξαντο μετὰ χαρᾶς τὸν νικητὴν Κωνσταντῖνον σὺν τῷ νικοποιῷ σταυρῷ, σωτῆρα αὐτὸν ἀνευφημοῦντες.

Τῷ ζ′ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τῆς P 271 Ῥώμης κρατήσας πρὸ πάντων τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων τῇ ὁσίᾳ ταφῇ παρέδωκε, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις ἀνεκαλέσατο. καὶ ὑπὸ Σιλβέστρου τοῦ ὁσιωτάτου πάπα Ῥώμης βαπτίζεται καὶ τῆς λώβης ἐξελευθεροῦται τρόπῳ τοιῷδε· εἰς Ῥώμην εἰσελθὼν μετὰ τὴν κατὰ Μαξεντίου νίκην ζητεῖ ἰατροὺς θεραπευθῆναι τῆς νόσου. καὶ δὴ Ἰουδαῖοί τινες ἔρχονται λέγοντες ὅτι κολυμβήθραν χρὴ ποιῆσαι ἀφ᾽ αἵματος ὑπομαζίων βρεφῶν καὶ ἐν αὐτῇ λουσάμενον καθαρισθῆναι. συνάγονται οὖν τὰ βρέφη μετὰ τῶν μητέρων. καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς τῶν μητέρων ὀδυρμοὺς καὶ τὰς τῶν τριχῶν ἐκκοπὰς καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς ἐκ ψυχῆς ὀδυνωμένοις ἐστί; ταῦτα ἰδὼν B ἐκεῖνος καὶ σύνδακρυς γενόμενος εἶπε "καλόν ἐστι μᾶλλον ἐμὲ μόνον κακῷ μόρῳ ἀποθανεῖν ἢ ταῦτα τὰ βρέφη. ἀλλὰ καὶ τίς οἶδεν τὸ τέλος ὁποῖον;" ταῦτα εἰπὼν καὶ τὰς μητέρας δώροις φιλοφρονησάμενος ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. ταύτῃ τοι καὶ κατ᾽ ὄναρ ὁρᾷ τοὺς δύο μεγάλους ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον προτρεπομένους αὐτὸν Σίλβεστρον ζητῆσαι τὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως· "καὶ αὐτὸς ὑποδείξει σοι κολυμβήθραν δι᾽ ἧς τῆς τε ψυχῆς τὰς νόσους καὶ τοῦ σώματος θεραπευθήσῃ." ἔρχεται οὖν ὁ Σίλβεστρος διὰ τοὺς ἐπικειμένους διωγμοὺς ἐν φυγαδείᾳ τελῶν, καὶ βαπτίζει κατηχήσας τοῦτον. εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς θείας κολυμβήθρας ἀνερχομένου

ctoremque Constantinum laeti in eam recipiunt, una cum cruce victoriae datrice, servatoremque eum faustis acclamationibus praedicant.

Septimo imperii sui anno magnus Constantinus Roma potitus nihil antiquius habuit quam reliquias sanctorum martyrum honeste sepelire et exsules revocare. tunc etiam a Silvestro sanctissimo Romae papa baptizatus lepraque hoc pacto liberatus est. cum victo Maxentio Romam intrasset, medicos ad se convocat qui morbum depellerent. ecce autem Iudaei quidam imperatorem accedunt, qui lavacrum lactentium puerorum sanguine impleri in eaque ablui iuberent, ita lepra liberandum. conducuntur itaque eius rei causa infantes cum matribus; quarum eiulatus, crinium evulsiones, aliaque qualia intimus dolor hominibus exprimit, quid referre attinet? sane Constantinus ista videns ipse quoque illacrimavit, dixitque "praestat me solum male mori quam istos infantes, praesertim incerto rei exitu." simulque his dictis matres benigne donatas indemnes dimisit. mox per insomnium vidit duos magnos illos apostolos Petrum et Paulum, a quibus monebatur uti urbis episcopum Silvestrum requireret: ab hoc ei lavacrum demonstratum iri, quod et animae et corporis mala posset eluere. redit ergo Silvester Romam, qua ob ingravescentes persecutiones exsulaverat, et Constantinum Christianae religionis doctrina imbuit, atque baptizat. qui cum de sacro adscenderet lavacro, illico corpore eius quaedam squamas piscium similitudine attin-

C τοῦ Κωνσταντίνου ἐξέπεσον ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, καὶ ἐκαθαρίσθη, καὶ γέγονεν ὅλον ὑγιὲς ὡς παιδαρίου μικροῦ. τοῦτο ἰδόντες οἱ λαοὶ ἐβαπτίσθησαν ἄπειροι, καὶ Κρῖσπος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου.

Οἱ δὲ λέγοντες ἐν Νικομηδείᾳ κατὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον βαπτισθῆναι ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας τοῦ Ἀρειανοῦ ψεύδονται. φασὶ γὰρ ἀναβάλλεσθαι αὐτὸν τὸ βάπτισμα διὰ τὸ ἐλπίζειν αὐτὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι. τί γὰρ ἦν αὐτῷ καὶ ἐμποδών, τὸν Γαλλέριον ἐν τῇ ἀνατολῇ καταπολεμοῦντι καὶ εἰς Περσίαν πάλιν ἐκ δευτέρου εἰσελθόντι, μὴ ἀπελθεῖν καὶ βαπτισθῆναι ἐν τῷ
D Ἰορδάνῃ; ἀλλὰ καὶ τὸ ὡς νόθον διαβάλλειν αὐτὸν πάσης κακίας ἐστίν. ἡ γὰρ γενεὰ αὐτοῦ βασιλικὴ ὑπῆρχε καὶ πρὸ Διοκλητιανοῦ. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κωνστάντιος θυγατριδοῦς ἦν Κλαυδίου τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκ τῆς Ἑλένης τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, καθὼς λέλεκται.

Τούτου οὖν βαπτισθέντος μεγάλα θαυμάσια ἐποίησεν ὁ θεὸς διὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Σιλβέστρου. πάντα δὲ παρεὶς ἓν μόνον φράσω. ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ῥώμης, βαθμοὺς ἔχοντι τριακοσίους ἑξηκονταπέντε, ἐν τῇ καταδύσει τῶν βαθμῶν καὶ τῶν θεμελίων δράκων
P 272 ᾤκει παμμεγέθης, ᾧ ἐθυσίαζον καθ' ἡμέραν Ἕλληνες. εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ ἐξαίφνης ἐπιπίπτων πολλοὺς ἐλυμαίνετο. ἐκεῖσε Σίλβεστρος καταβάς, καὶ οἰκίσκον μικρὸν ἔχοντα πύλας χαλκᾶς εὑρὼν οὗ ἦν

9 τῷ Γαλλερίῳ P

gentia deciderunt, fuitque purgatus, et totus ita mundus ut solet mundus esse infans recens natus. id cum videret populus, ingens multitudo baptizata est, atque etiam Crispus Constantini filius.

Qui autem dicunt Constantinum morte demum appropinquante ab Eusebio Nicomediae episcopo Ariano fuisse Nicomediae baptizatum, errant. dicunt ab eo baptismum dilatum, quod speraret se in Iordane baptizatum iri. quid vero obstabat cur non iam tum in Iordane baptizaretur, cum et Gallerium in Oriente debellaret et denuo in Persiam proficisceretur? iam quod eum nonnulli spurium calumniantur, extremae est improbitatis, cum eius stirps imperatoria fuerit etiam ante Diocletianum. pater enim magni Constantini fuit Constantius, filia Claudii imperatoris natus: is ex prima sua uxore Helena Constantinum sustulit, veluti indicatum a nobis fuit.

Baptizato Constantino deus per beatum Silvestrum magna edidit miracula; de quibus omnibus unicum commemorabo. ad fundamenta Capitolii Romae, descensu graduum 365, inferne habitabat draco quidam, cui Graeci quotidie rem sacram faciebant. absque enim hoc esset, subito irruens multos laedebat. eo Silvester descendit, et inventa exi-

ὁ δράκων, κλείσας τὰς θύρας τῇ ἐπικλήσει Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦτον ἀπέκτεινε.

Τῷ θ' ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου Μητροφάνης ἐπίσκοπος Βυζαντίου δ' γέγονε. ταῦτα τοίνυν ὁ τῆς ἑῴας Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἀκούσας τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνῆκε πόλεμον. ἐν τῷ ι' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος σὺν Λικινίῳ Καίσαρι κατὰ τοῦ Γαλλερίου ἀθροίζει πόλεμον, καὶ τοῦτον τρεψάμενος πάντας κατασφάττει. αὐτὸς δὲ ὁ Γαλλέριος τὸ διάδημα B ῥίψας καὶ μετ' ὀλίγων εὐνουστάτων διαδρὰς ἀπὸ κώμης εἰς κώμην ᾤχετο, καὶ τοὺς ἱερεῖς τῶν εἰδώλων καὶ μύστας καὶ προφήτας καὶ μάντεις ὡς ἀπατεῶνας κατέσφαξεν. ἐν δὲ τῷ ια' ἔτει μέλλοντος κρατηθῆναι τοῦ Μαξιμιανοῦ ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, προλαβοῦσα θεία ὀργὴ κατέλαβεν αὐτόν· φλὸξ γὰρ ἀπὸ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ καὶ μελῶν ἀναφθεῖσα ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκπηδῆσαι πεποίηκεν, αἱ δὲ σάρκες αὐτοῦ σαπεῖσαι τῶν ὀστέων ἐξέπεσον, καὶ οὕτω διατεθεὶς τὴν θεομάχον αὐτοῦ ἀπέρρηξε ψυχήν. τῷ αὐτῷ δὲ τρόπῳ καὶ Μαξιμῖνος ὁ τοῦ C μιαροῦ μιαρώτατος υἱός, μυρία ὅσα καὶ ἄρρητα κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπινοήσας, ἀναριθμήτοις κακοῖς ὑπεβλήθη, καὶ νόσοις παρὰ φύσιν καὶ πληγαῖς ἐξαισίαις ποινηλατούμενος ἐξέψυξε.

Τῷ ιβ' ἔτει Λικίνιον διαθήκας ἀπαιτήσας τοῦ μηδὲν κατὰ Χριστιανῶν πράττειν κακόν, βασιλέα ἀναγορεύει καὶ ἀφορίσας μοῖραν τῆς Ῥωμαίων γῆς δίδωσιν. ἐντεῦθεν ὁ κατὰ Χριστιανῶν

qua cella, quae aereis apta erat foribus, has obdens in nomine Iesu Christi draconem interfecit.

Nonum annum imperante Constantino, Metrophanes IV episcopus Byzantii creatus est. haec cum in Oriente Maximianus Gallerius audivisset, bellum adversus Christianos movit. decimo anno sui imperii, Constantinus magnus et Licinius Caesar contra Gallerium arma paraverunt. et Constantinus fuso exercitu Gallerii, universos occidit. ipse Gallerius proiecto diademate, cum paucis fidissimis fuga elapsus, a pago ad pagum discurrit, sacerdotesque simulacrorum, mystas, vates et ariolos ut impostores trucidavit. undecimo anno, cum iam Constantinus Maximianum esset in suam potestatem redacturus, dei ira imperatoris conatum corripiendo isto antevertit. flamma enim ex intestinis Gallerii et membris exorta, utrumque ei oculum elisit: carnesque ab ossibus deciderunt. sic ille affectus, deo adversantem animam egit. eodemque modo Maximinus, scelerosi huius sceleratissimus filius, qui infinita et ineffabilia contra Christianos excogitaverat, innumeris poenis subiectus, morbisque innaturalibus et inauditis miseriis excarnificatus obiit.

Duodecimo anno Licinium, cum is pacto icto stipulatus esset, nihil se contra Christianos tentaturum, imperatorem declaravit, partemque ei Romani imperii attribuit. tunc dei beneficio vexatio Christianorum

χάριτι θεοῦ πέπαυται διωγμός. ἐπὶ τούτου τοῦ Λικινίου ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Θεόδωρος.

Τῷ ιδ' ἔτει μονοκράτωρ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος πάσης τῆς D Ῥωμαίων γῆς γενόμενος πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν εἰς θείας φροντίδας μετήγαγεν, ἐκκλησίας ἀνεγείρων καὶ φιλοτίμως ταύτας πλουτίζων. γράφει δὲ καὶ πρῶτον νόμον, τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις ναοῖς, δεύτερον Χριστιανοὺς μόνους στρατεύεσθαι ἐθνῶν τε καὶ στρατοπέδων ἄρχειν, τοὺς δὲ ἐπιμένοντας τῇ εἰδωλολατρείᾳ κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι, τρίτον τὰς πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν, τήν τε πρὸ τοῦ πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτήν. τὰ δὲ τῶν πηχῶν τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνομοθέτησεν ἀναφέρεσθαι, καὶ οὐκ ἐν τῷ Σαράπιδι, ὡς εἴθιστο τοῖς Ἕλλησιν. ἀλλὰ δέον ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου διαλέξεως ὀλίγα τινὰ εἰπεῖν.

P 273 Τῷ δ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου διάλεξις γέγονεν ἐν Ῥώμῃ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων. καὶ τῶν μὲν Χριστιανῶν ὁ μέγας ἡγεῖτο Σίλβεστρος πάπας ὢν τῆς Ῥώμης, Ἰουδαίων δὲ σὺν ἄλλοις πλείστοις νομομαθέσι καὶ Ζαμβρῆς ὁ μάγος, Ἑβραῖος καὶ γόης, ἐν ᾧ πᾶσαν τὴν πεποίθησιν εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι. λέγουσι τοίνυν Ἰουδαῖοι "ἐκλέξασθε δώδεκα Χριστιανούς, οἵτινες ὀφείλουσι δικαιολογηθῆναι ἡμῖν." ὁ δὲ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἡμεῖς εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν ἀφορῶμεν. εἷς γάρ ἐστιν ᾧ λέγομεν 'ἀνάστα ὁ θεός, δίκασον τὴν δίκην σου.'

finita est. sub hoc Licinio b. Theodorus martyr passus est supplicium.

Anno decimo quarto Constantinus, cum ad ipsum unum omnis imperii potestas devenisset, omnes suas cogitationes ad sacras res convertit, templa exstruxit, ac magnifice ditavit. tulit etiam leges. prima fuit, ut fana simulacris consecrata Christo dedicatis templis addicerentur. secunda: soli Christiani militent, nationibusque et exercitibus imperent. qui in cultu falsorum deorum perseverat, capite plectatur. tertia: per duas septimanas, quarum altera antecedit, altera sequitur pascha, feriae sunto. mensuram quoque cubitorum adscensionis Nili, iussit in templum referri, non (ut solebant Graeci facere) in fano Serapidis. verum hoc loco oportet pauca quaedam de S. Silvestri colloquio inserere.

Annus erat quartus imperii Constantini magni, cum Romae inter Christianos et Iudaeos colloquium fuit. Christianorum causam agebat Silvester ille magnus, papa Romanus, Iudaeorum, inter plurimos alios legis peritos Zambres rem tuebatur magus, Ebraeus impostor, in quo Iudaei omnem spem suam reposuerant. Iudaei: eligite duodecim Christianos, quos apud nos oportet causam dicere. Silvester: nos de potentia dei pendemus. unus enim est, quem sic compellamus. "surge, deus, et causam tuam assere." quanto enim magis nobis humani auxilii de-

ὅσον γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων βοηθείας ὑστερούμεθα, τοσοῦτον τῇ B τοῦ θεοῦ δυνάμει στηριζόμεθα." πρὸς ταῦτα Ἀβιάθαρ Ἰουδαῖος ἔφη "τοῦτο τὸ ῥητὸν ὁ ἡμέτερος ἔφη προφήτης." καὶ ὁ ἅγιος Σίλβεστρος "πάντα σήμερον ἐνταῦθα ἐκ τῶν ὑμετέρων βίβλων προσενεγκεῖν ἔχομεν καθ' ὑμῶν αὐτῶν· τότε γὰρ λαμπρὰ γίνεται νίκη, ὅταν τὸ ἐξ ἐναντίας μέρος τῇ τῶν οἰκείων διδασκαλιῶν αὐθεντίᾳ ἡττηθῇ." ὁ βασιλεὺς ἔφη "αὕτη δικαία ἡ κρίσις, ἐν ᾗ καταναγκάζεται ἕκαστος τῇ τῆς ἰδίας θρησκείας αὐθεντίᾳ ἡττᾶσθαι." Ἀβιάθαρ εἶπε "τοῦ παντοκράτορος θεοῦ, τοῦ ἡμετέρου λέγω, ἰδίῳ στόματι λέγοντος 'ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι θεός, καὶ οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ,' πῶς αὐτοὶ λέγουσι τρεῖς ὀφείλειν προσ- C κυνεῖσθαι, πατέρα, ὅντινα καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, υἱόν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρωσαν, τρίτον πνεῦμα τὸ ἅγιον; τρεῖς οὖν προσκυνοῦντες τούτῳ τῷ εἰρηκότι ἕνα μόνον εἶναι θεὸν ἐξ ἀνάγκης προσκρούουσιν." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἡμεῖς ἕνα θεὸν σέβομεν καὶ ὁμολογοῦμεν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔρημον αὐτοῦ τὴν θεότητά φαμεν ὥστε μὴ ἔχειν ἀγαλλίασιν υἱοῦ. υἱὸν δὲ αὐτοῦ τοῦτον λέγομεν περὶ οὗ ὁ ὑμέτερος προφήτης εἶπε 'τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.' υἱὸν δὲ ἐκεῖνον λέγομεν πρὸς ὃν διὰ τοῦ ὑμετέρου προφήτου ὁ πατὴρ βοᾷ λέγων 'υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ D σήμερον γεγέννηκά σε.' θεὸς δὲ χθὲς καὶ σήμερον, οὐκ ἔχει τέλος, ἐπειδὴ ὑπέρχρονός ἐστιν. ἄναρχος οὖν ὑπάρχει· ἄναρχος

est, tanto plus in divino auxilio fiduciae reponimus. ad haec Abiathar Iudaeus: haec, inquit, verba sunt nostri vatis. subiecit Silvester: nos hodie omnia quae adversus vos proponemus, ex vestris libris statuimus proferre. tunc enim illustris est victoria, cum adversa pars suae ipsorum doctrinae auctoritate vincitur. imperator pronuntiavit iustum id esse iudicium, cum alterutra pars suae quam profitetur religionis auctoritate cogitur se victam ostendere. Abiathar: suo ore dixit omnipotens noster deus (Deut. 32 Esa. 45. 46) "videte, videte. ego sum deus, neque alius est praeter me deus." quomodo ergo Christiani aiunt tres esse adorandos? patrem, in quem et nos confidimus, filium, quem maiores nostri in crucem egerunt, ac tertium spiritum sanctum? ergo necesse est ut cum illi iubeant tres adorari, hunc offendant qui se unicum esse deum dixit. Silvester: nos unicum deum et colimus et profitemur. neque tamen ita desertam censemus deitatem ut non habeat filium quo gaudeat. iam filium eius hunc esse dicimus, de quo vates vester ait (Psal. 32): verbo domini caelos esse fundatos, omnemque eorum vim spiritu oris eius. hunc filium appellamus, quem apud vatem vestrum pater sic alloquitur (Psal. 2) "tu es filius meus, ego te hodie genui." atqui deus cum temporis expers sit, quippe eo praestantior, hodiernum aut crastinum in se nihil habet. quo conficitur et filium et patrem quoque, sine

ἄρα καὶ ὁ πατήρ. ἐπεὶ τίνι εἶπε 'ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰ-
κόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν;' εἰ γὰρ εἰρήκει 'ποιήσω ἄν-
θρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐμήν,' ἐδόκει ἂν τὸ τῆς
μονότητος αὐτοῦ σημαίνειν. τὸ δὲ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμε-
τέραν σαφῶς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὴν ἰσότητα ἐσήμανεν. οὐ γὰρ
μεῖζόν τι προσλαβεῖν δύναται, ἐπειδὴ ἡλικίας αὔξησιν οὐκ οἶδεν·
ἐλάττωσιν πάλιν οὐ δέχεται." Ἰωνᾶς ῥαβὶς εἶπεν "ἀνθρωπίνῳ
P 274 λογισμῷ οὐκ ἔστι δεκτέα ἡ πίστις. ποῖον γὰρ θεὸν συμβουλεύει
οὗτος πιστευθῆναι, ὃν καὶ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον
ὁμολογεῖ;" ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ὅταν ἀναγνῷς ἐν ταῖς βίβλοις
περὶ μὲν τοῦ πατρός, ἡνίκα λέγει περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ 'υἱός μου
εἶ σύ,' ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ 'αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, πα-
τήρ μου εἶ σύ,' τότε εἴσῃ σαφῶς τὸ λεγόμενον, καὶ οὐδὲν ξένον
περὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὑπολάβῃς λέξειν ἡμᾶς. περὶ δὲ τοῦ ἁγίου
πνεύματος ἄκουε πάλιν τοῦ προφήτου σου λέγοντος καὶ εὐχομένου
'τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.' καὶ πάλιν ὁ
αὐτός 'καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐ-
B τῶν,' τουτέστι τῶν οὐρανίων δυνάμεων." Κωνσταντῖνος Αὔγου-
στος εἶπε "θαυμάζω τῶν Ἰουδαίων τὸ ἀναίσχυντον· ἀπὸ πασῶν
γὰρ τῶν οἰκείων γραφῶν πολυτρόπως ἡττώμενοι ἀκμὴν θέλουσί
τινα κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιζητεῖν. ὅθεν ἐπεὶ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ
τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ ἱκανὸν γέγονεν, εἴ τι ἕτερα
εἰσὶ δεικτέα, προσφερέσθωσαν." Γοδολίας Ἰουδαῖος εἶπεν "ἡμεῖς
περὶ ἐκείνου λέγομεν τοῦ τεχθέντος, τοῦ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αὐτοῦ

principio esse. ad quem enim dixit (Gen. 2) "faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram?" nam si dixisset faciam, poterat videri unitatem suam innuere. cum autem dixit "secundum nostram imaginem," perspicue filium eumque sibi aequalem indicat. nihil enim se maius accipere potest, cum magnitudinis incrementum non admittat; ac ne minus quidem aliquid adsciscit. Rabi Ionas: humanae ratiocinationi non est adhibenda fides. qualem enim consulit ea deum credi, qui et pater dicatur et filius et spiritus? Silvester: cum in sacris literis legis de patre suum filium compellante (Psal. 2) "filius meus es tu," et alibi "is me patrem suum invocabit," tunc evidens tibi fiet quod dicimus, neque suspicaberis nos de sacra trinitate aliquid novi dicere. de spiritu autem sancto, rursum audi vatem tuum inter precandum sic dicentem (Psal. 50) "spiritum tuum sanctum ne auferas a me" et alibi (Psal. 32) "spiritu oris eius omnis illorum vis." loquitur autem de potestatibus caelestibus. Constantinus Augustus dixit: miror Iudaeorum impudentiam, qui multis modis ex universa sua scriptura convicti, tamen adhuc contra veritatem aliquid volunt conquirere. proinde quia de patre filio et spiritu sancto satisfactum est, proferant, si qua habent alia. Gedolias Iudaeus: nos, inquit, de eo loquimur, qui natus fuit, qui, ut in eius

ἀναγεγραμμένου ηὐξηκέναι τε ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, καὶ πειρασθέντος παρὰ τοῦ διαβόλου, μετὰ δὲ ταῦτα πραθέντος παρὰ τοῦ οἰκείου μαθητοῦ, παραδοθέντος, κρατηθέντος, ἐμπαιχθέντος, φραγε- C λωθέντος, χολὴν σὺν ὄξει ποτισθέντος, ἀκάνθαις στεφανωθέντος καὶ γυμνωθέντος, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐσθῆτος ἐν κλήρῳ δοθείσης ἐπὶ σταυροῦ παγέντος, ἀποθανόντος καὶ ταφέντος." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ταῦτα πάντα ὡς προκηρυχθέντα ἐγράφη περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τῶν προφητῶν, σήμερον ἐπιδείξομεν. Ἡσαΐας γὰρ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως προείρηκεν οὕτως 'ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.' ὅτι δὲ καὶ ἀνθρώποις συναναστραφήσεται, ἄκουε τοῦ προφήτου Ἱερεμίου 'οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθή- D σεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.' ὅτι δὲ καὶ πειρασθήσεται ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ νικήσει αὐτόν, Ζαχαρίας ὁ προφήτης λέγει 'εἶδον Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα, καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν, ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε.' ὅτι δὲ καὶ κρατηθήσεται, ἡ σοφία διὰ Σολομῶντος λέγει 'εἶπον ἐν ἑαυτοῖς οἱ ἀσεβεῖς, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστίν.' ὅτι δὲ καὶ παρὰ μαθητοῦ προδοθήσεται, λέγει ὁ ψαλμῳδός 'ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.' ὅτι δὲ καὶ ἐκδοθήσεται καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐν P 275

evangeliis describitur, statura et sapientia crevit; qui a diabolo tentatus, postea temporis a suo proditus discipulo, traditus, captus, illusus, flagellatus, felle mixtum acetum potatus, spinis coronatus, nudatus, vestibus suis sorte divisis, ipse cruci affixus, mortuus et sepultus est. Silvester: hodie demonstrabimus haec a vatibus de Christo omnia esse praedicta ac praescripta. de nativitate Christi Esaias (Esa. 7) "ecce virgo uterum feret, et filium pariet, cuius nomen dicetur Emmanuel." quod autem inter homines fuerit versaturus, audi Baruchum vaticinantem (Baruch. 3) "hic est deus noster, neque alius respectu eius reputabitur. hic invenit omnem viam scientiae, et eam tradidit Iacobo filio suo et Israelo dilecto sibi. post haec in terris visus est interque homines versatus." quod autem fuerit a diabolo tentandus et eum superaturus, Zacharias vates ita praedicit (Zach. 3) "vidi Iesum sacerdotem magnum stantem, adstabatque ad eius dexteram diabolus, ut ipsum tentaret. dixitque ei Iesus: diabole, dominus te increpet." comprehensum iri sapientia verbis Solomonis ostendit (Sap. 2) "dixerunt inter se impii, vinciamus iustum, quia nobis est incommodus." prodendum a discipulo suo, praedixit Psalmorum auctor (Psalm. 40) "is qui meo vescitur pane, calcem mihi impegit." idem vaticinatus est vestibus Christum

κλήρῳ δοθήσεται, προείρηκεν ὁ αὐτὸς προφήτης λέγων 'διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.' ὅτι δὲ καὶ παρὰ ψευδομαρτύρων κατηγορηθήσεται, ὁ αὐτὸς προφήτης εἶπεν 'ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι.' ὅτι δὲ καὶ ἀκάνθαις στεφανωθήσεται, προείρηκεν Ἱερεμίας λέγων 'ἀκάνθαις τῶν ἑαυτοῦ πταισμάτων ὁ λαὸς οὗτος περιεστοίχισέ με.' ὅτι δὲ καὶ χολὴν τραφήσεται καὶ ὄξος ποτισθήσεται, ὁ προφήτης Δαβὶδ λέγει 'ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος.' ὅτι δὲ ἐμπαιχθήσεται, Ἱερεμίας λέγει B 'εἰς ἐμπαιγμὸν ἐγενόμην τῷ λαῷ τούτῳ.' ὅτι δὲ καὶ τοῖς δεσμοῖς αὐτῶν δεθήσεται καὶ σταυρωθήσεται ἐπὶ ξύλου παρὰ τῶν Ἰουδαίων, λέγει ὁ Ἔσδρας 'ἐδήσατέ με οὐχ ὡς πατέρα τὸν ῥυσάμενον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. κράζοντες ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ κριτοῦ ἐταπεινώσατέ με, κρεμασθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου παρεδώκατέ με.' ὅτι δὲ καὶ ταφήσεται, Ἱερεμίας λέγει 'ἐν τῇ ταφῇ αὐτοῦ ζωοποιηθήσονται οἱ νεκροί.' ἐν γὰρ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς ἐν τῷ τιμίῳ αὐτοῦ πάθει παρέδωκε τὸ πνεῦμα, οἱ τάφοι ἠνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη, ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ σεισμὸς μέγας κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην C ἐγένετο. ταῦτα πάντα εἰ δυνηθῇς, ὦ Ἰουδαῖε, μὴ εἶναι παρὰ τῶν ὑμετέρων προφητῶν προκηρυχθέντα, ὡς ψεύστην ἐνίκησάς με. εἰ δ' ἀληθῶς παρ' ἐκείνων προφητευθέντα εἰσί, τοῖς σοῖς

21 δυνηθῇς δεῖξαι?

spoliandum, easque sorte divisum iri (Psal. 21) "diviserunt, inquit, vestes meas, et sorte amiculum meum duxerunt. accusatum iri a falsis testibus idem vates demonstravit (Psal. 26) "insurrexerunt, inquit, contra me testes iniusti. spinis coronandum Ieremias praedixit his verbis: populus hic spinis suorum peccatorum me circumdedit. quod autem fel pro cibo et acetum pro potu ei exhibendum aliquando esset, Davidus hoc oraculo praemonuit (Psal. 68): fel in cibum meum immiserunt, sitientique acetum bibendum obtulerunt. ludibrio habitum iri Ieremias rursum indicat: ludibrium, inquit, factus sum huic populo. quod Iudaei eum vincturi et in ligneam crucem acturi essent, Esdras praedixit: ligastis me non ut patrem, qui vos ex Aegypto liberasset; clamore ad tribunal iudicis me oppugnastis, oppressistis me, ac tradidistis in ligno suspendendum. sepulturam quoque eius Ieremias praedixit: cum, inquit, is sepelietur, ea res mortuis vitam reddet. quo enim tempore dominus noster Christus pretiosa sua in passione exspiravit, eo sepulcra sunt aperta, multique mortuorum sanctorum revixerunt; sol obtenebratus est, velum templi scissum, magnusque per totum orbem terrae motus fuit. haec omnia, Iudaee, si negare potes a vestris fuisse praedicta vatibus, mendacii sane me convinceris. sin ea vere sunt ipsorum oracula, tuis

ὀφείλεις πεισθῆναι προφήταις καὶ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος προσκυνῆσαι." Κωνσταντῖνος Αὔγουστος εἶπεν "εἰ ταῦτα ταῖς ὑμετέραις περιέχεται βίβλοις, περισσῶς ἀντιλέγετε, ὦ Ἰουδαῖοι, τῶν παθημάτων ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, ἅπερ κατὰ τάξιν προλεχθέντα ἐν τῷ Χριστῷ ἐπληρώθη." Αὐνᾶν Ἰουδαῖος λέγει "ὀφείλεις δεῖξαι ἡμῖν τὸ τεχθῆναι αὐτὸν καὶ κρατηθῆναι καὶ ὑβρισθῆναι καὶ ἐμπαιχθῆναι καὶ σταυρωθῆναι καὶ τεθνάναι καὶ ταφῇ παραδεδόσθαι." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη D "οὐκοῦν ἀνάγκη ἐστὶ πάσας σοι τὰς γραφὰς ἐκθέσθαι, ὅθεν πρῶτον ὁμολόγησον σᾶς εἶναι τὰς γραφὰς καὶ ἀληθεῖς ὑπάρχειν." Αὐνᾶν εἶπε "τὰ παρὰ τῶν προφητῶν λεχθέντα ἀληθῆ εἶναι πάντες ὁμολογοῦσιν. ἀλλὰ σὺ τὰ πρὸς ἄλλους εἰρημένα ἄλλους πεπονθέναι φῄς." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος εἶπεν "οὐκοῦν δίδως ἄλλον τινά ποτε χολὴν τραφέντα καὶ ὄξος ποτισθέντα καὶ ἀκάνθαις στεφανωθέντα καὶ σταυρωθέντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα." καὶ ἐπὶ πολὺ σιωπῶντος αὐτοῦ Κωνσταντῖνος Αὔγουστος ἔφη "εἰ ἄλλον ἐπιδεῖξαι Αὐνᾶν οὐ δύναται, γινωσκέτω ἑαυτὸν φανερῶς ἡττημένον." Δωὴκ Ἰουδαῖος λέγει "βασιλεῦ κράτιστε, Σίλβεστρος P 276 ἐπηγγείλατο δικαίας ἐρεῖν αἰτίας περὶ τοῦ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ παθεῖν." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἐπειδὴ τοίνυν ἀληθῆ τὰ προφητευθέντα εἰρήκατε, ὁμολογήσατε ὅτι ἡ παρθένος συνέλαβε καὶ ἔτεκε τὸν Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός." σιωπώντων δὲ τῶν Ἰουδαίων ὁ ἅγιος εἶπε "πάντως γινώσκετε ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὅτιπερ ἐκ πηλοῦ ἐποίη-

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἀνθρώπῳ τινὶ ὁδεύοντι μόνῳ κύων ἠκολούθει. λῃστὴς δὲ ἐνόδιος τὸν ἄνθρωπον ἀποκτείνας ἀπέδρασε, τοῦ κυνὸς μείναντος ἐν τῷ τόπῳ καὶ φυλάσσοντος τὸ σῶμα τοῦ δεσπότου αὐτοῦ. ἕτερος δέ τις ἄνθρωπος κατὰ συγκυρίαν ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐκείνην διερχόμενος, τὸ σῶμα ἰδὼν νεκρὸν ἐρριμμένον καὶ σπλαγχνισθείς, ὀρύξας ἔθαψεν αὐτὸ ἐν τῇ γῇ. τοῦτο ἰδὼν ὁ κύων καὶ ἀποδεξάμενος ἠκολούθει τῷ θάψαντι, εὐνοϊκὴν δουλείαν ἀποπληρῶν. ἦν δὲ τὸ ἐπιτήδευμα τοῦ ἀνθρώπου κάπηλος, πάντας δὲ τοὺς εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας ἔσαινεν ὁ κύων. χρόνου δὲ P 440 παρῳχηκότος συνέβη καὶ τὸν φονέα εἰσελθεῖν τοῦ πιεῖν εἰς τὸ καπηλεῖον, ὃν ἐπιγνοὺς ὁ κύων ὑλάκτει καὶ ἐπεπήδα εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. τοῦτο δὲ πολλάκις γινόμενον εἰς ὑποψίαν πολλοὺς θείῳ κινήματι ἤγαγε, καὶ συσχεθεὶς εἰς κρίσιν παρεδόθη, καὶ τὸ

ratas esse iubens, expresse mandavit in filio duas naturas absque confusione et divulsione credi. quinta eadem haec confirmans, Christum secundum utramque naturam voluntate et efficacitate praeditum agnosci praecepit. sexta omnium conciliorum decreta recensens atque approbans, ipsa quoque Christum perfectum et deum et hominem esse professa est. porro a primo concilio usque ad secundum anni fluxerunt 56, a secundo concilio ad tertium 50, a tertio ad quartum 30, a quarto ad quintum 102, a quinto ad sextum 129, a sexto ad septimum 122.

Ea tempestate, cum quidam solus cane comitante iter faceret, est a latrone, quales itinera solent insidere, interfectus. latrone fuga se subducente, canis eo in loco permansit domini cadaver custodiens. forte alius quidam ea pergens supervenit, cadaverque proiectum cernens, motus misericordia, tellure effossa sepeliit. canis id officium pergratum habuit, seque ultro homini comitem ac servum adiunxit. erat autem is homo condicione caupo, et solebat canis iis qui cauponam intrarent exirentque adulari. post aliquantum temporis is etiam latro, cuius meminimus, in eam cauponam bibendi causa intravit. quem canis agnoscens allatravit, inque eius faciem insiluit. hoc saepius factum dei instinctu apud multos suspicionem excitavit; comprehensusque latro et

πραχθὲν ὁμολογήσας μετὰ πάσης ἀληθείας ἀνῃρέθη, τῆς θείας δίκης ἀμυναμένης αὐτόν.

Τῷ ια' ἔτει τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος διαπεράσαν τὸν Δάνουβιν, καὶ ἀποχωρισθὲν τῶν ὁμοφύλων αὐτοῦ, ἐσκήνωσεν ἐν Βάρναις ἔν τισι ὀχμαῖς καὶ ὄρεσι. τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος σὺν ναυσὶ καὶ στρατῷ, καὶ δὴ καὶ ἐπελθόντος κατ' αὐτῶν, οἱ Βούλγαροι τοῦτο ἀθρόως θεασάμενοι, τὴν ἑαυτῶν ἀπεγνωκότες B σωτηρίαν, εἴς τι ὀχύρωμα καταφεύγουσι καὶ ἑαυτοὺς ἀσφαλίζονται. τῶν δὲ Ῥωμαίων μὴ δυναμένων συνάψαι πόλεμον διά τε τὰ πάλματα καὶ τὴν τοῦ τόπου δυσχωρίαν ἐθρασύνθη τὸ μιαρὸν ἔθνος. συνέβη δὲ .... καὶ τὸν βασιλέα φεύγειν διαφημίσαντες φυγῇ ἐχρήσαντο μηδενὸς διώκοντος. ὅπερ θεασάμενοι οἱ Βούλγαροι ἐδίωξαν ὄπισθεν αὐτῶν καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον. καὶ ἔκτοτε διαπεράσαντες πάντες καὶ θρασυνθέντες καὶ ἐμπλατυνθέντες τὴν Ῥωμαϊκὴν χώραν ᾐχμαλώτιζον. ὅθεν καὶ ἀναγκασθεὶς ὁ βασιλεὺς εἰρήνευσε μετ' αὐτῶν, ὡς λέλεκται. ἠρεμήσας δὲ ἐκ πάντων ἥνωσε τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὴν προλεχθεῖσαν ἁγίαν C ἕκτην σύνοδον συναθροίσας ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισε.

Τῷ δὲ ιγ' ἔτει ἀπώσατο τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τῆς βασιλείας, καὶ μόνος ἐβασίλευσε σὺν Ἰουστινιανῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

Τῷ ιζ' ἔτει ἐτελεύτησεν ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος, κρατήσας ἔτη ιζ', καὶ ἐβασίλευσεν Ἰουστινιανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

10 τέλματα?

coram iudice constitutus, cum facinus uti erat abs eo perpetratum confiteretur, divinae vindictae poenas dedit.

Anno 11 Bulgari Danubio traiecto a suis popularibus separati, in Barnis habitaverunt, in saltibus quibusdam et montibus. contra hos imperator classem exercitumque duxit. sed Bulgari primo Romanorum impetu sua salute desperata in munitionem quandam recesserunt, ibique se in tuto collocarunt; cumque eos adoriri Romani ob iniquitatem locorum non possent, ferociores facti sunt. accidit autem .... et sparso rumore imperatorem fugisse, nemine urgente fugam fecerunt. hoc animadvertentes Bulgari a tergo eos insecuti sunt, multosque occiderunt. inde aucta fiducia universi in Romanas provincias effusi magnas praedas egerunt. itaque imperator coactus est cum iis pacem, uti diximus, componere. pacatis rebus omnibus ecclesiarum concordiam constituit, dictumque sacrum sextum concilium Cpolin cogens Monotheletarum haeresin damnavit.

Anno 13 fratres suos imperio detrusit, solusque cum filio suo Iustiniano imperavit.

Anno 17 mortuus est Constantinus Pius, cum 17 annos imperasset. successit ei filius Iustinianus.

Ἰουστινιανὸς ὁ υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου, ὁ ῥινότμητος, ἐβασίλευσεν ἔτη ι'. οὗτος ἦν ἄνθρωπος ἀκάθεκτος τὴν ὁρμὴν καὶ ἀσυλλόγιστος ἐν παντὶ πράγματι.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀποστέλλει Ἀβιμέλεχ πρὸς αὐτὸν βεβαιῶσαι D τὴν εἰρήνην· καὶ ἐστοιχήθη ἵνα παύσῃ ὁ βασιλεὺς τὸ τῶν Μαρδαϊτῶν τάγμα ἐκ τοῦ Λιβάνου καὶ κωλύσῃ τὰς ἐπιδρομὰς αὐτοῦ, καὶ παρέχῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νομίσματα χίλια καὶ ἵππον καὶ δοῦλον. καὶ ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς τὸν μαγιστριανὸν Παῦλον πρὸς Ἀβιμέλεχ ἀσφαλίσασθαι τὰ στοιχηθέντα, καὶ γεγόνασιν ἔγγραφα ἐμμάρτυρα. πέμψας οὖν ὁ βασιλεὺς ἀνελάβετο τοὺς Μαρδαΐτας χιλιάδας ιβ', τὴν Ῥωμαϊκὴν δυναστείαν ἀκρωτηριάσας· πᾶσαι γὰρ αἱ νῦν οἰκούμεναι παρὰ τῶν Ἀράβων, ἀπὸ Μόψου ἑστίας ἕως τετάρτης Ἀρμενίας, ἀνίσχυροι καὶ ἀνοίκητοι ἐτύγχανον διὰ τὴν ἔφοδον τῶν Μαρδαϊτῶν, ὧν παρασταλέντων πάνδεινα κακὰ πέ- P. 441 πονθεν ἡ Ῥωμαίων ὑπὸ τῶν Ἀράβων μέχρι τοῦ νῦν. νεώτερος γὰρ ὢν Ἰουστινιανός, ὡς ἐτῶν ιϛ', ἀβούλως τὰ κατ' αὐτὸν διῴκει.

Τῷ β' ἔτει ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς Ἀρμενίαν ἐδέξατο τοὺς ἐν τῷ Λιβάνῳ Μαρδαΐτας, χάλκειον τεῖχος διαλύσας. παρέλυσε δὲ καὶ τὴν μετὰ τῶν Βουλγάρων εἰρήνην, διαταράξας τοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τύπους, καὶ διαβιβάζει ἐπὶ τὴν Θρᾴκην τὰ καβαλλαρικὰ θέματα.

Τῷ γ' ἔτει ἐπεστράτευσεν Ἰουστινιανὸς κατὰ Σθλαβίνων καὶ

Iustinianus Pogonati filius, is qui a praeciso naso deinde Rinotmetus fuit cognominatus, imperavit annos decem. homo fuit impotens animi, nulliusque ulla in re consilii.

Primo eius anno Abimelechus ad eum nuntios mittit confirmandae pacis causa; convenitque ut imperator Mardaitarum agmen Mardaitarum in Libano eiusque impressiones compesceret, eoque nomine Arabes Romanis penderent in singulos dies nummos 1000, equum et servum. imperator Paulum Magistrianum ad Abimelechum mittit pacti confirmandi gratia; idque scripto et testibus est comprehensum. proinde imperator misso legato duodecim milia Mardaitarum revocat. quo quidem facto Romanam potentiam accidit. quidquid enim hodie Arabes tenent a Mopsuestia usque ad quartam Armeniam, id omne infirmum erat cultoribusque vacuum ob incursiones Mardaitarum. quibus repressis ingentia damna Arabes Romano imperio in hunc usque diem intulerunt. enimvero Iustinianus annos non totos sexdecim natus inconsulte rem gerebat.

Anno 2 profectus in Armeniam recepit Mardaitas in Libano degentes, aheneum murum destruens. pacem quoque cum Bulgaris factam confudit, formam a patre conscriptam perturbans. et equestres exercitus in Thraciam traduxit.

Anno 3 Iustinianus expeditionem in Slavinos et Bulgaros suscepit.

Βουλγάρων. καὶ τοὺς μὲν Βουλγάρους προσηπαντηκότας ὤθησε,
B *μέχρι δὲ Θεσσαλονίκης ἐκδραμὼν πολλὰ πλήθη τῶν Σθλαβίνων τὰ μὲν προσρυέντα τὰ δὲ πολέμῳ παρέλαβε καὶ εἰς τὰ τοῦ Ὀψικίου κατῴκισε μέρη. ἐν δὲ τῷ ὑποστρέψαι αὐτὸν ὡδοστατήθη ὑπὸ τῶν Βουλγάρων ἐν τῷ στενῷ τῆς κλεισούρας, καὶ μόλις ἠδυνήθη παρελθεῖν, πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλών.*

Τῷ ε' ἔτει ἀπηλλάγη παντὸς πολέμου ἡ τῶν Ἀράβων ἀρχή, πάντας ὑποτάξαντος τοῦ Ἀβιμέλεχ.

Τῷ ς' ἔτει τὴν πρὸς Ἀβιμέλεχ εἰρήνην Ἰουστινιανὸς ἐξ ἀνοίας ἔλυσε· καὶ γὰρ τὴν Κυπρίων νῆσον ἀλόγως μετοικίσαι ἐσπούδασε, καὶ τὸ σταλὲν χάραγμα παρὰ Ἀβιμέλεχ νεοφανὲς ὂν οὐ προσεδέξατο.

Τῷ ζ' ἔτει Ἰουστινιανὸς ἐπελέξατο ἐκ τῶν μετοικισθέντων
C *ὑπ' αὐτοῦ Σθλαβίνων καὶ ἐστράτευσε χιλιάδας λ', οὓς ἐπωνόμασε λαὸν περιούσιον. τούτοις θαρρήσας λύει τὴν Ἀράβων συμφωνίαν· παραλαβὼν γὰρ τὸν περιούσιον λαὸν καὶ τὰ καβαλλαρικὰ θέματα ἐπορεύθη ἐν Σεβαστοπόλει τῇ παρὰ θάλασσαν. τῶν δὲ Ἀράβων μὴ βουλομένων λύειν τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ τῇ βασιλικῇ αἰτίᾳ καὶ προπετείᾳ τοῦτο πρᾶξαι ἀναγκαζομένων, ὁπλισθέντες καὶ αὐτοὶ παρεγένοντο πάλιν τῷ βασιλεῖ, μαρτυρόμενοι καὶ τὸν θεὸν ἐκδικητὴν τούτων προκαλούμενοι. τοῦ δὲ βασιλέως μηδὲ ἀκοῇ δέξασθαι ταῦτα ἀνασχομένου, ἀλλὰ πρὸς μάχην μᾶλλον κατεπείγοντος, τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτην ἐπὶ φλαμουλίου κρεμάσαντες καὶ προάγοντες κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὥρμησαν,*

atque hos quidem obviam sibi factos cum pepulisset, excursione ad Thessalonicam usque facta, multas Slavinorum multitudines partim ad se deficientes partim bello superatas subegit, inque Opsicianam regionem deportavit. in reditu autem a Bulgaris intra fauces angustiarum interceptus, multis suorum amissis aegre evasit.

Anno 5 Arabia omni bello liberata est, omnibus ab Abimelecho subiugatis.

Anno 6 Iustinianus stolide foedus cum Abimelecho pactum confodit. nam et in Cyprinam insulam nulla ductas ratione volebat colonias deducere; et nomisma ab Abimelecho missum, quia inusitate erat signatum, respuit.

Anno 7 ex Slavinis, quos ab eo deportatos fuisse diximus, novum exercitum 30 milium conscripsit, quem nomine populi peculiaris affecit. his fretus Arabicum foedus rupit, et cum his et equestribus copiis iuxta mare Sebastopolin profectus est. Arabes inviti, tamen pacem infringere Iustiniani temeritate et iniuria coacti, armis sumptis denuo ad eum accesserunt, obtestantes deumque ultorem huius facinoris invocantes. cumque imperator audire ista nollet pugnamque acceleraret, tabulis pacis de conto suspensis Romanis se obvios dederant, duce Moamedo. victi

Μωάμεδ στρατηγὸν ἔχοντες καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡττήθησαν Ἄρα- D
βες, ὁ δὲ Μωάμεδ τῷ στρατηγῷ τῶν Σθλάβων κούκουρον γέμοντα νομισμάτων πέμψας, καὶ πολλαῖς ὑποσχέσεσι τοῦτον ἀπατήσας, πείθει προσφυγεῖν αὐτῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων Σθλάβων, καὶ οὕτω Ῥωμαίοις τὴν τροπὴν περιεποιήσατο. ὅθεν Ἰουστινιανὸς τὸ τούτων ἐγκατάλειμμα ἀνεῖλε σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐν τῷ πρὸς Νικομήδειαν Λευκάκτῃ.

Τῷ η' ἔτει Σαββάτιος ὁ Ἀρμένιος μαθὼν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἧτταν, τὴν Ἀρμενίαν παρέδωκε τοῖς Ἄραψιν. ὑπετάγη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἔσω Περσὶς ἡ λεγομένη Χοροσάν.

Τῷ θ' ἔτει γέγονεν ἔκλειψις ἡλίου ὡς ἀστέρας φανῆναι. P 442
τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπεστράτευσε Μωάμεδ τῇ Ῥωμαίων γῇ, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς πρόσφυγας Σθλάβους ὡς ἐμπείρους τῆς χώρας, καὶ πολλοὺς ᾐχμαλώτευσεν. Ἰουστινιανὸς δὲ τῶν κτισμάτων ἐπιμελούμενος κτίζει τὸ Ἰουστινιανοῦ λεγόμενον τρικλίνιον καὶ τὰ τοῦ παλατίου περιτειχίσματα. ἐπέστησε δὲ τούτοις Στέφανον τὸν Πέρσην, σακελλάριον ὄντα καὶ πρωτευνοῦχον, κύριον καὶ ἐξουσιαστήν, λίαν ὄντα αἱμοβόρον καὶ ἀπηνῆ, καὶ ἀνηλεῶς ἔτυπτε τοὺς ἐργολάβους καὶ ἐλιθοβόλει. τοῦ δὲ βασιλέως ἀποδημήσαντος καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἀναστασίαν τὴν Αὐγοῦσταν δι' ἀβηνῶν ἐμαστίγωσεν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀββᾶς Θεόδοτος ὅ ποτε B
ἔγκλειστος, γενικὸς λογοθέτης κατασταθείς, πολλοὺς τῶν ἐμφανῶν ἀρχόντων ἀναιτίως ἐτιμωρεῖτο καὶ δημεύσει ὑπέβαλλε καὶ

2 Σλαβίνων lege ubique. margo P

sunt primo praelio. ceterum Moamedus Slavinorum duci pharetram nomismate refertam misit, multisque inducto promissionibus persuasit uti ad se cum Slavinorum viginti milibus transfugeret. quo facto Romani victi pulsique sunt. ob hoc Iustinianus, quidquid Slavinorum reliquum fuit, una cum mulieribus et liberis interfecit in Leucasta Nicomediae.

Anno 8 Sabbatius Armenius cognita Romanorum clade Arabibus Armeniam tradidit. subdita etiam iis est interior Persis, cui nomen Chorosan.

Anno 9 tantus fuit solis defectus ut astra visa fuerint. eodem anno Moamedus Romanorum dicionem bello petiit, comitatus transfugis Slavinis ut regionum peritis, multosque mortales abduxit. Iustinianus vero aedificiis intentus condit triclinium ab ipso denominatum et moenia palatii. operi huic praefecit Stephanum Persam cum plena potestate, sacellarium et eunuchorum principem, hominem nimis quam sanguinarium et crudelem, qui absque ulla misericordia operarios verberabat atque lapidabat. atque adeo imperatore peregre profecto matrem eius Anastasiam Augustam loris flagellavit. itidem et Theodotus monachus, pridem in claustro vitam degens, tum generalis logotheta constitutus, multos procerum nulla ipsorum culpa suppliciis affecit, bona eorum pu-

σχοινίοις κρεμῶν κατὰ κεφαλῆς ἀχύροις ἐκάπνιζεν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἔπαρχος βασιλικῇ κελεύσει πλείστους ἐναποκλείστους ἐποίει. ταῦτα πάντα ηὔξησε τὸ πρὸς τὸν βασιλέα μῖσος τοῦ λαοῦ. πλησίον δὲ τοῦ παλατίου βουλόμενος βάθρα τῶν Βενέτων καὶ φιάλην κτίσαι εἰς τὸ τελεῖσθαι ἐκεῖ τὸ σαξιμοδέξιμον, ἐπεὶ ναὸς ἦν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῶν μητροπολιτῶν, ἀπῄτει Καλλίνικον τὸν πατριάρχην ποιῆσαι εὐχήν, ἵνα καταλύσῃ τὴν τοιαύτην ἐκκλησίαν. ὁ δὲ πα- C τριάρχης ἔλεγεν ὅτι εὐχὴν ἐπὶ συστάσει ἐκκλησίας ἔχομεν, ἐπὶ δὲ καταλύσει οὐ παρελάβομεν. βιασθεὶς δὲ εἶπεν ὁ πατριάρχης μετὰ δακρύων "δόξα τῷ θεῷ τῷ ἀνεχομένῳ πάντα νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων." τοῦτο ἀκούσαντες κατέλυσαν τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἐποίησαν τὴν φιάλην. ἐποίησε δὲ εἰς τὸ Πετρὶν ἐκκλησίαν, ἣν ἔλεγε τῶν μητροπολιτῶν.

Τῷ ι' ἔτει ἐπεστράτευσε Μωάμεδ τὴν τετάρτην Ἀρμενίαν, καὶ αἰχμαλωτεύσας πολλοὺς ἀνέστρεψεν. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔτει Ἰουστινιανὸς ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας τρόπῳ τοιῷδε. ἐκέλευσε Στεφάνῳ πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ τῷ Ῥουσίῳ νυκτὸς ἀποκτεῖναι τὸν δῆμον Κωνσταντινουπόλεως, ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ τῶν πατριαρ- D χῶν. Λεόντιος δὲ πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῶν ἀνατολικῶν γενόμενος, ἐν πολέμῳ εὐδοκιμήσας καὶ κατηγορηθείς, ἐν φρουρᾷ κατεκλείσθη ἐπὶ τριετῆ χρόνον. ἐξάπινα δὲ ἀνακληθεὶς στρατηγὸς Ἑλλάδος προεβλήθη, ἐκελεύσθη δὲ ἐμβληθῆναι δρόμωνας καὶ αὐθημερὸν ἀποκινῆσαι τῆς πόλεως. ταύτῃ δὲ τῇ νυκτὶ ἐν τῷ

22 εἰς δρ.?

blicavit, funibusque ita suspensos ut capita deorsum verterent palearum fumo vexavit. sed et urbis praefectus plurimos mandato imperatoris in carcerem compegit. quibus omnibus odia populi in imperatorem creverunt. erat vicina palatio aedes deiparae virginis, Metropolitana dicta: eam demoliri Iustinianus locoque eius gradus Venetorum et phialam aedificare volebat, ut ibi saximodeximum ageretur. ideo a Callinico patriarcha postulabat ut eius aedis destruendae causa deum is oraret. respondit patriarcha votum sibi esse, quod templi erigendi causa faceret: nullum deiiciendi gratia receptum esse. sed vi adactus tandem lacrimabundus ita ait "gloria deo, qui omnia perfert, nunc et semper et in aeternum." his auditis destructa est aedes et phiala condita. templum nomine Metropolitanum imperator in Petrino fecit.

Decimo anno Moamedus in quartam Armeniam exercitum duxit, multisque abductis domum rediit. eodem anno Iustinianus imperio pulsus est hoc pacto. mandavit Stephano patricio et Rusio duci ut nocte populum Cpolitanum necarent, caedis initio a patriarchis facto. sub hoc ipsum tempus Leontius patricius, qui cum dux Orientalium fuisset, re bello praeclare gesta per calumniam delatus trienniumque in carcere detentus erat, subito evocatus inde fuit ac dux Graeciae factus, iussusque suis in tres celoces impositis eo ipso die urbe avehi. ea nocte in

τῶν Σοφιῶν λιμένι πρὸς τὸ ἐκπλεῦσαι προσορμίσας συνετάσσετο τοῖς φίλοις αὐτοῦ. ἐν οἷς καὶ οἱ γνησίως αὐτὸν φιλοῦντες χρησμῳδίαν αὐτῷ ἐδίδουν, ὅ τε Παῦλος μοναχὸς καὶ ἀστρονόμος τῶν Καλλιστράτων, καὶ Γρηγόριος Καππαδόκης ὁ κλεισουριάρχης P 443 μοναχὸς καὶ ἡγούμενος τῶν Φλώρου. λέγει οὖν ὁ Λεόντιος πρὸς αὐτούς "ὑμεῖς διεβεβαιοῦσθέ με ἐν τῇ φυλακῇ περὶ βασιλείας, καὶ νῦν ἡ ζωή μου ἐν κακοῖς τελειοῦται· καθ' ὥραν γὰρ τὸν θάνατόν μου ἐκδέχομαι." οἱ δὲ εἶπον "σὺ μὴ ὀκνήσῃς, καὶ τοῦτο ἰδοὺ πληροῦται." καὶ λαβὼν ὁ Λεόντιος τοὺς ἀνθρώπους αὐτοῦ μετὰ ἁρμάτων ἀνῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον μετὰ σιγῆς, καὶ κρούσαντες τὴν πύλην προεφασίσαντο τὸν βασιλέα παραγενέσθαι ἐπὶ τῷ διοικῆσαί τινας τῶν ἐκεῖσε ὄντων. μηνυθέντος δὲ τοῦ ἐπάρχου καὶ συντόμως ἐλθόντος καὶ ἀνοίξαντος, εὐθὺς δεσμεῖται ὑπὸ Λεοντίου. ἀνοίξας δὲ ὁ Λεόντιος τὰς φυλακὰς τοὺς ἀποκεκλεισμένους χρόνοις πολλοῖς στρατιώτας ἔλυσε καὶ ὥπλισε, καὶ B σὺν αὐτοῖς εἰς τὸν φόρον κράζων ἐξῆλθεν "ὅσοι Χριστιανοί, εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν," καὶ πέμψας καθ' ἕκαστον ῥεγεῶνα, τὴν αὐτὴν φωνὴν ἀνέκραζον. τὸ δὲ πλῆθος τῆς πόλεως θορυβηθὲν σπουδῇ εἰς τὸν λουτῆρα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας συνηθροίσθη. καὶ ὁ πατριάρχης τούτοις συνὼν ἐφώνει "αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος." τὸ δὲ πλῆθος ἦραν φωνήν "ἀνασκαφῇ τὰ ὀστᾶ Ἰουστινιανοῦ." καὶ οὕτως ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐξέδραμε πᾶς ὁ λαός. ἡμέρας δὲ γενομένης ἐξάγουσι τὸν Ἰουστινιανὸν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον διὰ τῆς Σφενδόνης, καὶ ῥινοκοπήσαντες αὐτὸν ἐξώρισαν ἐν Χερ-

Sophiae portu tempus navigandi praestolans cum amicis suis negotia sua componebat. inter eos qui ipsum vere amabant, summa vaticinabantur ipsi, Paulus praesertim monachus claustri Callistratici, astronomiae peritus, et Gregorius Cappadox claustri Floriani princeps. quibus cum diceret Leontius captivo sibi imperium ab ipsis promitti, vitaeque dubio ac mortem singulis horis exspectanti, ii gnaviter eum rem aggredi iusserunt iam nunc implendam. ergo Leontius suis armatis secum sumptis tacite ad praetorium venit, pulsatisque foribus simulant eo imperatorem venire, ut de quibusdam qui ibi erant statueret. cum praefecto id indicatum esset, actutum prodiit, portasque cum aperuisset, est a Leontio vinctus. tum Leontius carceribus reclusis milites diu in iis detentos eduxit atque armavit, cumque iis in forum prodiit, vociferans "quicunque Christiani sunt, ad aedem S. Sophiae praesto sint." dimisit etiam qui idem per omnes regiones proclamarent. turbata multitudo confestim ad lavacrum magnae ecclesiae coivit; praesensque una pontifex summus hunc esse diem illum a domino factum clamavit (Psalm. 117). et populus sublato clamore vociferabatur "refodiantur ossa Iustiniani." hoc modo universus populus in Circo discurrebat. prima luce Iustinianum per Fundam in Circum producunt, nasoque truncatum Chersonam relegant. Theo-

C σῶνι. Θεόδοτον δὲ τὸν μοναχὸν καὶ Στέφανον τὸν σακελλάριον σχοίνοις ἐκ ποδῶν δήσαντες σύρουσι διὰ τῆς λεωφόρου, καὶ εἰς τὸν βουνὸν καταγαγόντες κατακαίουσι. καὶ οὕτως Λεόντιον βασιλέα εὐφημοῦσι. τὸν δὲ τῆς πατριαρχίας θρόνον διεῖπε Καλλίνικος.

Κόσμου ἔτος ,ςρπη', τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἔτος χϞδ', Λεόντιος βασιλεὺς Ῥωμαίων ἔτη γ'. τούτου τῷ α' ἔτει πάντοθεν εἰρηνικῶς διετέλεσε.

Τῷ β' ἔτει ἐπεστράτευσεν Ἀλιδὶ τὴν Ῥώμην, καὶ πολλοὺς
D αἰχμαλωτίσας ὑπέστρεψεν. ἐστασίασε δὲ καὶ Σέργιος ὁ πατριάρχης τῆς Λαζικῆς, καὶ ταύτην τοῖς Ἄραψιν ὑπέταξε.

Τῷ γ' ἔτει ἐπεστράτευσαν οἱ Ἄραβες τὴν Ἀφρικήν, καὶ ταύτην παρέλαβον. ὁ δὲ Λεόντιος ἀποστέλλει τὸν πατρίκιον Ἰωάννην ἱκανὸν ὄντα μετὰ πάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοΐμων, ὃς τοὺς ἐχθροὺς τρέψας ἐδίωξε καὶ ἅπαντα τῆς Ἀφρικῆς τὰ κάστρα ἠλευθέρωσε. καὶ καταλιπὼν ταξατίωνα ἴδιον τῷ βασιλεῖ ταῦτα ἐδήλωσε, καὶ ἐκεῖ ἐχείμασεν. ὁ δὲ πρωτοσύμβουλος τῶν Ἀράβων τοῦτο μαθών, πολλῷ πλείω καὶ δυνατώτερον τοῦ πρώτου στόλον ἀποστείλας τὸν Ἰωάννην ἐκδιώκει, καὶ ἐκεῖ φοσσατικῶς ἀπληκεύει. ὁ δὲ στρατὸς εἰς σύστασιν ἐλθὼν Ἀψίμαρον ἀναγορεύουσι βασιλέα, δρουγγάριον τῶν Κιβυρραιωτῶν ὄντα καὶ ἐκεῖσε ὑπάρχοντα, Τιβέ-
P 444 ριον αὐτὸν μετονομάσας. ἐν δὲ τῇ πόλει ἡ τοῦ βουβῶνος λύμη ἐνέσκηψε, καὶ ἐν τέσσαρσι μησὶν ἀπώλετο πλῆθος πολύ. κατα-

dotum vero monachum et Stephanum sacellarium, funibus ad pedes alligatis, per viam publicam ad Bovem pertractos comburunt. atque ita faustis acclamationibus Leontium imperatorem salutant, Callinico solium patriarchae occupante.

Anno mundi 6188, ab adventu Christi 694 Leontius imperator Romanorum factus imperavit annos 3. primo eius anno cuncta ubique pacata fuerunt.

Anno secundo Alidis in Romanam ditionem fecit impressionem, multisque abductis captivis retro abiit. Sergius quoque patricius Lasicae defecit, ac Lazicam Arabibus tradidit.

Anno tertio Arabes expeditione facta Africam ceperunt. eo Leontius Ioannem patricium virum strenuum mittit cum universa Romanorum classe; qui fusis pulsisque hostibus omnia Africae castra cepit, relictoque suo ibi legato, de re gesta imperatorem certiorem fecit, atque in Africa ipse hiemavit. at Arabum princeps (qui protosymbulus, quasi consul vel concilii princeps ab iis usurpatur) re cognita, multo maiore ac quam fuerat prior validiore classe missa Ioannem inde profligat, castraque fossa munita locat. at Romanorum exercitus mota seditione Apsimarum imperatorem creat, drungarium Cibyrrhaeotarum, statimque Tiberium nominat. at in urbe lues bubonum grassata quattuor men-

λαμβάνει δὲ Ἀψίμαρος ἅμα τῷ συνόντι αὐτῷ στόλῳ, καὶ προσώρμησεν ἐν Συκαῖς, καὶ προδοσίας γενομένης εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. καὶ τὸν μὲν Λεόντιον ῥινοκοπήσας ἐν τῇ τοῦ Δαλμάτου μονῇ φυλάσσεσθαι προσέταξε, τοὺς δὲ φίλους αὐτοῦ δημεύσας ἐξώρισεν. Ἡράκλειόν τε τὸν γνήσιον αὐτοῦ ἀδελφόν, ὡς λίαν ἱκανώτατον, μονοστράτηγον πάντων τῶν ἔξω καβαλλαρικῶν θεμάτων προβαλόμενος, ἐπὶ τὰ μέρη Καππαδοκίας καὶ τῶν κλεισουρῶν διατρέχειν καὶ τὴν κατ' ἐχθρῶν ποιεῖσθαι φροντίδα ἀπέστειλεν.

Ἀψίμαρος ὁ καὶ Τιβέριος ἔτη ζʹ. τούτου τῷ αʹ ἔτει ἐστασίασεν Ἀβδεραχμὰν ἐν Περσίδι, καὶ ἐκυρίευσεν αὐτῆς, καὶ ἐδίωξε B τὸν χαγάνον ἀπ' αὐτῆς.

Τῷ βʹ ἔτει γέγονε θανατικὸν μέγα. καὶ ἐπεστράτευσε Μωάμεδ σὺν τῷ πλήθει τῶν Ἀράβων κατὰ τοῦ Ἀβδεραχμάν. καὶ καταλαβὼν τὴν Περσίδα ἑνοῦται τῷ χαγάνῳ, καὶ πολεμήσαντες τῷ Ἀβδεραχμὰν κτείνουσιν αὐτόν, καὶ πάλιν τῷ χαγάνῳ τὴν Περσικὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζουσιν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατέδραμον Συρίας ἕως Σαμοσάτου, καὶ πραιδεύσαντες τὴν πέριξ χώραν ἀπέκτειναν, ὥς φασί, χιλιάδας διακοσίας Ἀράβων, πλεῖστά τε σκῦλα καὶ αἰχμαλωσίαν πολλὴν λαβόντες ὑπέστρεψαν, φόβον μέγαν ἐμποιή- C σαντες αὐτοῖς.

Τῷ γʹ ἔτει ἐπεστράτευσεν Ἀβδελᾶς κατὰ Ῥώμης, καὶ πολιορκήσας Ἀντάραδον καὶ μηδὲν ἀνύσας ὑπέστρεψε, καὶ ᾠκοδόμει τὴν Μόψου ἑστίαν, καὶ ἔθετο ἐν αὐτῇ φυλακήν.

sium spatio magnam vim hominum sustulit. Apsimarus interim cum sua classe ad Sycas seu Ficus appellit; et in urbem per proditionem admissus Leontium praeciso naso in Dalmatae monasterio asservari iubet, amicosque eius publicatis eorum bonis relegat. tum germanum suum fratrem Heraclium omnibus pedestribus equestribusque copiis praeficit solum ut rei gerendae maxime idoneum, mittitque ut partes Cappadociae et claustra percurrat, ac quid hostis moliatur observet.

Apsimarus, qui et Tiberius, imperavit annos 7. primo eius anno Abderachman mota seditione in Perside regnum in ea Chagano eiecto obtinuit.

Anno secundo pestis fuit. et Moamedus cum Arabum copiis bellum Abderachmani facit. cumque ingressus Persidem esset, cum Chagano se coniungit. eo bello Abderachman caesus et Persis Chagano restituta est. Romani autem Syriam ad Samosata usque pervagati, vicinasque regiones populati, ad milia, ut fertur, ducenta Arabum interfecerunt; spoliisque et praeda amplissimis potiti magno sui metu excitato reverterunt.

Tertio anno Abdelas Romanos bello adortus, Antarado frustra oppugnata, re infecta abiit, et Mopsuestiam condidit, imposuitque ei praesidium.

Τῷ δʹ ἔτει Βαάνης ὁ Ἑπταδαίμων τὴν τετάρτην Ἀρμενίαν τοῖς Ἄραψιν ὑπέταξεν. Ἀψίμαρος δὲ Φιλιππικὸν τὸν υἱὸν Νικηφόρου πατρίκιον ἐξώρισεν ὡς ὀνειροπολούμενον βασιλεῦσαι· ἔφασκε γὰρ ἑωρακέναι κατ' ὄναρ ὅτι ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐσκιάζετο ὑπὸ ἀετοῦ.

Τῷ εʹ ἔτει ἐστασίασαν οἱ ἄρχοντες Ἀρμενίας κατὰ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ τοὺς ἐν Ἀρμενίᾳ Σαρακηνοὺς ἀπέκτειναν. καὶ D αὖθις πρὸς Ἀψίμαρον πέμπουσι καὶ Ῥωμαίους εἰς τὴν αὐτῶν χώραν φέρουσιν. ὁ δὲ Μωάμεδ ἐπιστρατεύσας κατ' αὐτῶν πολλοὺς κτείνει, καὶ τὴν Ἀρμενίαν Σαρακηνοῖς ὑποτάσσει, τοὺς δὲ μεγιστᾶνας τῶν Ἀρμενίων ζωοκαύστους ἐν ἑνὶ τόπῳ ἐποίησε. τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεστράτευσεν Ἀζὰρ τὴν Κιλικίαν μετὰ χιλιάδων δέκα, καὶ περιτυχὼν αὐτοῖς Ἡράκλειος ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως τοὺς πλείονας ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς δεσμίους τῷ βασιλεῖ ἐξαπέστειλε.

Τῷ ϛʹ ἔτει Ἄζιδας ὁ τοῦ Χουνεῒ ἐπεστράτευε τὴν Κιλικίαν, καὶ πολιορκήσας τὸ Σίσιον κάστρον κατέβαλεν· ὃν ἐπιφθάσας ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς καὶ πολεμήσας κτείνει δώδεκα χιλιάδας Ἀράβων. τοῦ Ἰουστινιανοῦ δὲ ἐν Χερσῶνι διάγοντος καὶ λέγοντος P 445 πάλιν ἑαυτὸν βασιλεύειν, οἱ τῶν ἐκεῖσε οἰκήτορες τὸν ἐκ τοῦ βασιλέως κίνδυνον φοβηθέντες ἐβουλεύσαντο τοῦτον ἀνελεῖν ἢ τῷ βασιλεῖ παραπέμψαι. αὐτὸς δὲ τοῦτο διεγνωκὼς ἠδυνήθη ἐκφυγεῖν, καὶ εἰς τὸ Δαρὰς ἐλθὼν ᾐτήσατο τὸν τῶν Χαζάρων χαγάνον ἰδεῖν. καὶ ὃς ἐδέξατο αὐτὸν μετὰ τιμῆς, καὶ ἐξέδοτο αὐτῷ

Anno 4 Baanes, cognomine Heptadaemon a septem daemonibus, quartam Armeniam Arabibus tradidit. Apsimarus Philippicum patricium Nicephori filium relegavit, quod is ex insomnio (aiebat enim per quietem se imaginatum caput suum ab aquila obumbrari) imperium sibi speraret.

Quinto anno principes Armeniae concitata adversus Sarracenos seditione, iis interfectis, ab Apsimaro missis legatis auxilium petunt. sed Moamedus facta expeditione, multis caesis, Armeniam rursum Sarracenis subdit, proceresque Armenios omnes uno in loco vivos cremat. eodem anno Azar decem milia ducens Ciliciam invadit. quem adortus imperatoris frater Heraclius maiorem hostium partem caedit, reliquos vinctos imperatori mittit.

Anno sexto Azidas Chunei filius Ciliciae bellum infert, castrumque Sisium expugnatum evertit. hunc assecutus Heraclius, et pugna congressus, duodecim milia Arabum occidit. interim Iustinianus Chersone degens cum se imperium recepturum diceret, oppidani sibi ab imperatore eo nomine metuentes vel interficere illum vel imperatori mittere statuerunt. quo animadverso Iustinianus fuga sibi consuluit; cumque Daras pervenisset, Chagani Chazarorum reguli congressum petiit. is

εἰς γυναῖκα Θεοδώραν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ. καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον προτροπῇ τοῦ χαγάνου κατῆλθεν εἰς Φαναγουρίαν, κἀκεῖ διέτριβε μετὰ Θεοδώρας. ταῦτα ἀκούσας Ἀψίμαρος πέμπει πρὸς τὸν χαγάνον ὑποσχόμενος αὐτῷ δῶρα πολλά, εἰ τὸν Ἰουστινιανὸν ζῶντα αὐτῷ παραπέμψει, ἢ κἂν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. εἴξαντος δὲ τοῦ χαγάνου, παραφυλακὴν αὐτῷ δῆθεν ἔπεμψε διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἐπιβουλευθῆναι, ἐντειλάμενος τοῖς αὐτοῦ ἵν' B *ὅταν δηλωθῇ αὐτοῖς, ἀνέλωσιν Ἰουστινιανόν. τούτων δὲ δι' οἰκέτου τοῦ χαγάνου τῇ Θεοδώρᾳ μηνυθέντων καὶ τῷ Ἰουστινιανῷ γνωσθέντων, προσκαλεσάμενος τοὺς ἐκ χαγάνου φύλακας τούτους ἐφόνευσεν. εὐθέως δὲ ἀποστέλλει Θεοδώραν εἰς Χαζαρίαν. ἀπὸ δὲ Φαναγουρίας αὐτὸς δραπετεύσας εἰς τὸ στόμιον κατῆλθε, καὶ πλοίῳ ἐπιβὰς ἔρχεται μέχρι Συμβόλου, πλησίον Χερσῶνος, καὶ ἀποστείλας ἐν αὐτῷ κρυπτῶς ἀναλαμβάνεται Βασβακούριον καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ τὸν Στέφανον καὶ τὸν Μητρόπαυλον· καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποπλεύσας διέβη τὸν φάρον Χερσῶνος καὶ τὰ Νεκρόπυλα τὸ στόμιόν τε τοῦ Δάναπρι καὶ τοῦ Δάναστρι. καὶ κλύδωνος γεγονότος ἀπέγνωσαν πάντες τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Μυάκης* C *δὲ ὁ οἰκειακὸς αὐτοῦ ἄνθρωπος ἔφη αὐτῷ "ἰδοὺ ἀποθνήσκομεν, δέσποτα. τάξαι τῷ θεῷ περὶ τῆς σωτηρίας σου, ἵνα, ἐὰν ὁ θεὸς ἀποδώσει σοι τὴν βασιλείαν σου, μηδὲν ἀμύνῃ τῷ ἐχθρῷ σου." ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει ἐν θυμῷ "ἐὰν φείσομαί τινος ἐξ αὐτῶν, ὁ θεὸς ἐνταῦθά με καταποντίσει." καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν Δάνουβιν ποταμὸν ἀποστέλλει Στέφανον πρὸς Τέρβελιν τὸν*

eum honorifice excepit, data in matrimonium sorore sua Theodora; pauloque post persuasit ut cum Theodora Phanagoraeam se conferret ibique degeret. quod Apsimarus ut cognovit, mittit ad Chaganum qui magnis pollicitationibus ei persuaderent ut vel vivum Iustinianum vel caput caesi sibi mitteret. assensit Chaganus, misitque custodes, uti simulabat, Iustiniano, qui eum a popularibus suis tutum praestarent. mandaverat autem iis ut Iustinianum, quo tempore id iuberet, interficerent. haec cum famulus Chagani Theodorae aperuisset, Iustinianus ab ea certior factus custodes a Chagano missos ad se vocat atque interficit, statimque Theodoram in Chazariam remittit. ipse Phanagoraea profugiens ad fauces, atque inde conscenso navigio ad Symbolum venit prope Chersonem. atque eo clam missis ministris Basbacurium et fratrem eius Stephanumque et Metropaulum ad se evocavit. cum his abnavigans speculam Chersonensem, Necropyla et ostia Danaprium atque Danastrium evasit. orta autem tempestate, cum de salute sua omnes desperassent, Myaces Iustinianum, cuius erat domesticus, ita compellat. "cernis, domine, mortem nobis impendere. vove itaque deo te, si deus tibi restituat imperium, inimici iniurias non ulturum." respondit Iustinianus irato animo "hic me deus submergat, si ulli inimicorum parsurus sum. proinde ingressus Danubium, Stephano ad Terbelin Bulgarorum

ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐπὶ τῷ δοῦναι αὐτῷ σύναρσιν, ὅπως κρατήσῃ τῆς προγονικῆς αὐτοῦ βασιλείας, ὑποσχόμενος δῶρα πολλὰ καὶ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα εἰς γυναῖκα. αὐτοῦ δὲ πάντα ποιεῖν μεθ'
D ὅρκων ὑποσχομένου, συγκινεῖ πάντα τὸν λαὸν τῶν Βουλγάρων καὶ Σθλάβων, καὶ ὁπλισθέντες ἐπὶ τὴν βασιλίδα ἔρχονται ἅμα τῷ Ἰουστινιανῷ. ἠπλήκευσαν δὲ εἰς τὴν Χαρσίου πόρταν καὶ ἕως τῶν Βλαχερνῶν. καὶ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις προσλαλῶν τοῖς ἐν τῇ πόλει μᾶλλον ὑβρίζετο. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς μετ' ὀλίγων Ῥωμαίων διὰ τοῦ ἀγωγοῦ εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ θόρυβον ἀνασκαφῆς βαλὼν πρὸς βραχὺ ἐσκήνωσεν ἐν τῷ παλατίῳ Βλαχερνῶν. ὅπερ μαθὼν Ἀψίμαρος φυγὰς εἰς Ἀπολλωνιάδα ἀφίκετο, ἄγων μεθ' ἑαυτοῦ χρήματα πάμπολλα. Ἰουστινιανὸς δὲ ἀπέλαβε τὴν βασιλείαν. τὸν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον κατεῖχε Καλλίνικος.

P 446 Ἰουστινιανὸς τὸ δεύτερον ἔτη ς'. παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, δῶρα πολλὰ δοὺς τῷ Τέρβελι καὶ βασιλικὰ σκεύη καὶ χώραν τῆς Ῥωμαίων γῆς κόψας τὰ νῦν λεγόμενα Ζαγόρια, ἀπέλυσεν αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ. Ἀψίμαρος δὲ φυγὼν εἰς Ἀπολλωνιάδα συλλαμβάνεται καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἄγεται, ὡσαύτως δὲ καὶ Ἡράκλειος ἀπὸ Θρᾴκης μετά τινων ἑτέρων ἀρχόντων· καὶ ἐν τῷ τείχει πάντας ἐφούλκισεν. ἀποστείλας δὲ καὶ εἰς τὰ μεσόγεια πάντα, πλείους ἐξ αὐτῶν εὑρὼν ἕως τριακοσίων, πάντας ἀπέκτεινε. τὸν δὲ Ἀψίμαρον καὶ τὸν Λεόντιον πομπεύσας δεδεμένους ἐν τῇ πόλει, ἱππι-
B κοῦ γενομένου ἤγαγον δεδεμένους καὶ ἔρριψαν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. πατήσαντος δὲ εἰς τοὺς τραχήλους αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως

principem misso auxilium ab eo ad recuperandum avitum imperium flagitat, eoque nomine cum multa dona, tum filiam suam se ei nuptum traditurum pollicetur. Terbelis omnia se facturum iuravit, omnemque Bulgarorum et Slavorum multitudinem armavit. cum his Iustinianus ad Cpolin venit, ac castra a Charsii porta ad Blachernas usque posuit. triduum cum oppidanis habito colloquio, cum magis magisque contumeliis afficeretur, paucis stipatus Romanis per aquaeductum in urbem evasit, eoque perfosso mox in palatio Blachernensi tentorium posuit. eo cognito Apsimarus cum magna vi pecuniae Apolloniadem profugit. Iustinianus ita imperium recuperavit, patriarcha urbis Callinico.

Iustinianus recepto imperio potitus est per annos 6. is Terbelim donis multis ac regia supellectile et parte dicionis Romanae, ea cui nunc Zagoria nomen est, remuneratus pacifice dimisit. Apsimarus autem Apolloniade ex fuga ad Iustinianum retrahitur, itemque ex Thracia Heraclius, cum aliis quibusdam principibus. hos omnes in muro supplicio affecit. dimissis etiam per mediterranea ministris amplius trecentis repertos eorum socios omnes necavit. Apsimarum vero et Leontium vinctos per urbem in pompa duxit; iique ludis Circensibus vincti ad pedes imperatoris proiecti sunt. quorum cum hic cervices calcaret,

τοῦ πρώτου βαΐου ἐπεβόα ὁ δῆμος "ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ" καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἀποστείλας αὐτοὺς ἐν τῷ Κυνηγίῳ ἀπεκεφάλισε. Καλλίνικον δὲ τὸν πατριάρχην ἐκτυφλώσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐξώρισεν. ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ Κῦρον τὸν ἐν τῇ νήσῳ Ἀμάστριδι ἔγκλειστον, ὡς προσημάναντα αὐτῷ τὴν τῆς δευτέρας βασιλείας ἀποκατάστασιν, πατριάρχην προεβάλετο. ἀναρίθμητον δὲ πλῆθος ἔκ τε τοῦ πολιτικοῦ καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου ἀπώλεσεν. ἐντεῦθεν φόβος μέγας συνεῖχε πάντας. ἀπέστειλε δὲ στόλον πρὸς τὸ ἀγαγεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀπὸ Χαζαρίας, καὶ C πολλὰ σύμψυχα ἀπώλοντο. ἀκούσας δὲ τοῦτο χαγάνος δηλοῖ αὐτῷ "ὦ ἀνόητε, οὐκ ἦν διὰ δύο ἢ τριῶν πλοίων λαβεῖν σου τὴν γυναῖκα, καὶ μὴ ἀπολέσαι τοσοῦτον πλῆθος; ἢ δοκεῖς ὅτι καὶ ταύτην πολέμῳ λαμβάνεις; ἰδοὺ ἐτέχθη σοι καὶ υἱός, καὶ ἀπόστειλον λαβεῖν αὐτούς." καὶ ἀποστείλας ἤγαγε τὴν Θεοδώραν καὶ Τιβέριον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἔστεψεν αὐτούς.

Τῷ γʹ ἔτει Ἰουστινιανὸς τὴν μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων εἰρήνην διέστρεψε, καὶ διαπεράσας τὰ καβαλλαρικὰ θέματα εἰς τὴν Θρᾴκην, ἐξοπλίσας καὶ στόλον, κατὰ τοῦ Τέρβελι ἐχώρησε, καταλαβὼν τὴν Ἀγχίαλον. καὶ ἀφυλάκτως τοῦ στρατοῦ ἀπληκεύσαντος, ὡς εἶδον αὐτὸν οἱ Βούλγαροι ἀσυντάκτως διασκορπιζόμενον, ἐπιρρίψαντες πολλὴν αἰχμαλωσίαν καὶ φόνον ἐποίησαν. D ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς σὺν ὀλίγοις τισὶν ἐν τῷ κάστρῳ καταφυγὼν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἀπέκλεισε τὰς θύρας. θεασάμενος δὲ

tantisper dum primum baium mitteretur, acclamavit populus "super aspidem et basiliscum ambulabis" ac reliqua. inde eos in Cynegium missos capite truncari iussit. Callinico patriarchae oculos eruit, eumque ita Romam relegavit. patriarcham vero Cpolis constituit Cyrum, qui in Amastridis insula monachus fuerat, quod hic sibi recuperationem imperii praedixisset. innumeram porro cum civium tum militum multitudinem interfecit; quamobrem magnus omnes pavor invasit. misit etiam classem ad revocandam e Chazaria uxorem; de qua multae naves una cum vectoribus perierunt. quod cum intellexisset Chaganus, haec ad eum mandare "fatue, nonne duabus tribusve navibus missis uxorem tuam repetere poteras, tantaeque multitudinis exitio carere? num hanc quoque bello te recipere putas? en et filius tibi natus est. mitte qui eos traducant." misit ergo Iustinianus adductum Theodoram et filium eius Tiberium, atque utrique coronam imposuit.

Anno tertio Iustinianus pacem quae erat inter Romanos ac Bulgaros rupit; traiectisque in Thraciam equestribus copiis, classe etiam armata, in Terbelim profectus est, occupata Anchialo. Bulgari autem cum Romanos castra incaute locasse nulloque ordine sparsim vagari cernerent, impetu facto magnam caedem ediderunt, multosque captivos abduxerunt. Iustinianus cum paucis quibusdam in castrum evasit, ibique triduum obiectis portis se continuit. sed Bulgaros obsidendi causa perseverare

τὴν τῶν Βουλγάρων ἐπιμονήν, τοὺς ἵππους αὐτοῦ νευροκοπήσας, διὰ τῆς νυκτὸς τοῖς πλοίοις ἐπιβὰς λαθραίως ἔφυγε καὶ μετ' αἰσχύνης ἐν τῇ πόλει παρεγένετο. Ἰουστινιανὸς δὲ ἐπιμνησθεὶς τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Χερσωνιτῶν καὶ Βοσποριανῶν καὶ λοιπῶν ἐπιβουλήν, πᾶσαν ναῦν ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλης ἀπέστειλε, προστάξας πάντας τοὺς οἰκοῦντας ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ξίφει ὀλοθρεῦσαι P 447 καὶ μηδένα ζωογονίσαι. οἱ δὲ πεμφθέντες καταλαβόντες, καὶ μηδενὸς αὐτοῖς ἀντιστάντος, πάντας τῷ ξίφει ἀνεῖλον, τῶν μικρῶν νηπίων μόνον φεισάμενοι ὡς πρὸς δουλείαν περιποιηθέντων. καὶ τοὺς μὲν πρωτεύοντας Χερσῶνος μβ' ὄντας φαμιλικῶς πρὸς τὸν βασιλέα ἐξαπέστειλαν, ἑτέρους δὲ ἑπτὰ ξυλίναις σούβλαις προσαναρτήσαντες ἐπὶ πυρὸς ὤπτησαν, καὶ ἄλλους τῇ θαλάσσῃ ἐναπέρριψαν. μαθὼν δὲ ταῦτα Ἰουστινιανὸς ἐπὶ τῇ τῶν νηπίων σωτηρίᾳ ἐμάνη. τοῦ δὲ στόλου πρὸς τὴν πόλιν ἀναπλέοντος τὸ πλοῖον ἐκινδύνευσεν. ἠριθμήθησαν δὲ οἱ ἀποθανόντες, καὶ εὑρέθησαν χιλιάδες ογ'. τοῦ δὲ Ἰουστινιανοῦ μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ χαροποιηθέντος, B πάλιν ἕτερον ἐκπέμπει στόλον, ἀροτριᾶν ἅπαντα καὶ ἐκδαφίζειν κελεύσας, καὶ κατασφάζειν ἅπαντας ἕως οὐροῦντα πρὸς τοῖχον. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν κάστρων ἐκείνων ἑαυτοὺς κατησφαλίσαντο, καὶ πρὸς χαγάνον εἰς Χαζαρίαν ἔπεμψαν στεῖλαι λαὸν εἰς φυλακὴν αὐτῶν. καταλαβόντων δὲ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐκεῖνοι τὰς μὲν κεφαλὰς αὐτῶν κρατήσαντες ἔσωθεν τῶν κάστρων ἀπέκτειναν οἱ Χερσωνῖται, τὸν δὲ λοιπὸν λαὸν αὐτῶν τοῖς

18 ἐδαφίζειν rectius. margo P

videns, equorum suorum nervis incisis, noctu navigia conscendit, furtimque elapsus cum dedecore demum rediit. secundum haec memoria recolens insidias sibi a Chersonensibus Bosporanis aliisque paratas, adversum eos naves suas a minima ad maximam omnes misit, mandato ut quicunque ea loca habitarent, universi gladio trucidarentur, neque vitae cuinsquam parceretur. missi eo hoc perfecerunt, nemine ipsis resistente: solum infantium caede abstinuerunt, quippe in servitutem mancipandis. principes Chersonensium viros, numero 42, addita custodia ad imperatorem miserunt, alios septem ligneis sublicis in altum suspensos igni assarunt, alios in mare abiecerunt. his cognitis Iustinianus ob servatos infantes insaniit. cum in reditu classis iam Byzantio appropinquaret, periclitata est. mortuorum numerus initus, repertusque milium 73. id gaudium Iustiniani auxit. misitque aliam classem, quae omnia solo aequaret, solumque aratro prescinderet, interficeretque omnes usque ad mingentem in parietem. quod cum intellexissent qui castra ista obtinebant, muniverunt sese, missisque in Chazariam ad Chaganum legatis praesidium sibi ab eo dari flagitarunt. cum appulisset Iustiniani classis, primores eorum nacti intra castra Chersonenses trucidarunt,

Χαζάροις παρέδωκαν. οἱ δὲ τῆς Χερσῶνος καὶ τῶν λοιπῶν κάστρων τὸν μὲν Ἰουστινιανὸν ἀνέσκαψαν, τὸν δὲ ἐκεῖσε ἐξόριστον Βαρδάνην τὸν καὶ Φιλιππικὸν βασιλέα εὐφήμησαν. ταῦτα μαθὼν Ἰουστινιανὸς ἕτερον στόλον ἀπέστειλε μετὰ τειχομαχικῶν ἐργαλείων καὶ κριῶν. καὶ ὡς τοὺς κρείττονας πύργους Χερσῶνος C *κατέβαλον, ἀναφανέντες οἱ Χάζαροι τούτους ἐκώλυσαν τοῦ ἐγχειρήματος, ὁ Βαρδάνης δὲ ἐκφυγὼν πρὸς τὸν χαγάνον ᾤχετο. ἀπράκτου δὲ γεγονότος τοῦ στόλου, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν μὴ τολμῶντος ἀνακάμψαι διὰ τὸ ἀπάνθρωπον ἐκείνου καὶ ὠμόν, τὸν μὲν Ἰουστινιανὸν ἀνέσκαψαν, τὸν δὲ Βαρδάνην βασιλέα εὐφήμησαν, τὸν δὲ χαγάνον ᾐτήσαντο δοθῆναι αὐτοῖς τοῦτον. τοῦ δὲ χαγάνου ἀπαιτήσαντος αὐτοὺς λόγον τοῦ μὴ προδοθῆναι ὑπ' αὐτῶν καὶ τοῦ κομίσασθαι κατὰ ἄνδρα νόμισμα ἕν, αὐτοὶ παραχρῆμα ταῦτα δόντες παρέλαβον Βαρδάνην τὸν καὶ Φιλιππικὸν βασιλέα. ἐν δὲ τῷ χρονίζειν τὸν στόλον καὶ ἀναφορὰν μὴ ἔρχεσθαι* D *ἐστοχάσατο Ἰουστινιανὸς τὴν αἰτίαν, καὶ λαβὼν σὺν αὐτῷ τοὺς τοῦ Ὀψικίου καὶ μέρος Θρακησίων ἀνῆλθεν ἕως Σινώπης, καὶ βλέπει τὸν στόλον ἐπὶ τὴν πόλιν ἐρχόμενον. καὶ βρύξας ὡς λέων καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ὥρμησε. τοῦ δὲ Φιλιππικοῦ προλαβόντος καὶ τὴν πόλιν κρατήσαντος, αὐτὸς εἰς τὸν Δαματρύα ἀνῆλθεν. ὁ δὲ Φιλιππικὸς εὐθὺς ἀποστέλλει τὸν Ἠλίαν μετὰ λαοῦ κατὰ Ἰουστινιανοῦ, Μαῦρον δὲ τὸν πατρίκιον κατὰ Τιβερίου. ὃς ἐν Βλαχέρναις πορευθεὶς εὗρε Τιβέριον κρατοῦντα τὰ τίμια ξύλα καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἔξωθεν δὲ τοῦ βήματος Ἀναστασίαν τὴν τοῦ*

reliquam multitudinem Chazaris tradiderunt. proinde qui Chersonem et reliqua castra tenebant, Iustiniano imperium abrogant, et Philippicum, cui et Bardanes nomen fuit, imperatorem faustis acclamationibus designant. Iustinianus hoc percepto aliam classem mittit, arietibus aliisque ad oppugnationes facientibus machinis instructam. cuius milites cum iam potiores Chersonis turres prostravissent, a supervenientibus Chazaris sunt repressi. Bardanes fuga ad Chaganum evasit. sed et classiarii re infecta cum ad Iustinianum redire non auderent, nota ipsis hominis immani crudelitate, Iustiniano imperium abrogant, Bardanem imperatorem nominant, eumque a Chagano reposcunt. qui cum postularet sibi de non prodendo ab ipsis Philippico caveri, et a singulis unum nomisma pendi, milites pecunia statim depensa Bardanem Philippicum recepere imperatoremque salutarunt. at Iustinianus morae classis causam coniiciens, cum militibus Opsicianis ac parte Thracensium Sinopem usque ascendit; cernensque classem cursum versus Cpolin intendisse, rugitu leonino edito ipse quoque urbem petiit; cumque eam praeoccupasset iam Philippicus, Damatrya se contulit. Philippicus confestim Eliam populo stipatum in Iustinianum, et Maurum patricium contra Tiberium emittit. hic apud Blachernas in Tiberium incidit, veneranda ligna crucis et sacram mensam amplexum. extra gradus adstabat Anastasia, Iu-

P 448 πατρὸς αὐτοῦ μητέρα, ἥτις πολλὰ ἐδυσώπει αὐτὸν μὴ ἀνελεῖν Τιβέριον. ἐν τούτοις Ἰωάννης ἐλθὼν βίᾳ ἀφαρπάζει τοῦ βήματος τὸν ἀπὸ τῆς Χαζάρας Τιβέριον, καὶ ἐν τῷ τῆς Καλλινίκου παραπορτίῳ ἐκβαλὼν δίκην προβάτου ἐλαρυγγοτόμησεν. ὁ δὲ Ἠλίας εἰς λόγους ἐλθὼν τῷ μετὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ στρατῷ καὶ λόγον ἀπαθείας δοὺς αὐτῷ πρὸς ἑαυτὸν εἵλκυσε. μόνου δὲ ὑπολειφθέντος Ἰουστινιανοῦ, ἐν θυμῷ δραξάμενος τοῦ τραχήλου αὐτοῦ Ἠλίας τῷ παραμηρίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐξέτεμε καὶ πρὸς Φιλιππικὸν ἀπέστειλεν. αὐτὸς δὲ ἄχρι Ῥώμης ταύτην ἐξέπεμψεν.

Ὁ δὲ προλεχθεὶς μοναχός, ὁ αἱρετικὸς καὶ ἀστρονόμος τῶν B Καλλιστράτων, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι Φιλιππικὸν ἐχρησμοδότει αὐτῷ λέγων "ἐπεὶ ἡ ἕκτη σύνοδος κακῶς ἐγένετο, ἐὰν βασιλεύσῃς, ῥῖψον αὐτήν, καὶ γενέσθαι σοι ἔχει ἡ βασιλεία πολυχρόνιος καὶ κραταιά." ὁ δὲ συνέθετο μεθ' ὅρκου τοῦτο ποιῆσαι. βασιλεύσας δὲ ἐποίησε ψευδοσύνοδον ἐπισκόπων κατὰ τὸν λόγον τοῦ ψευδαββᾶ, καὶ ἔρριψε τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἕκτην σύνοδον. καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἐτυφλώθη ὁ μάταιος. Κῦρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξωθήσας τῆς ἐκκλησίας, Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμμύστην καὶ συναιρετικὸν προεβάλετο.

Οὗτος ὁ Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης ἐν μὲν ταῖς διαλαλιαῖς αὐτοῦ λόγιος καὶ ἐχέφρων ἐλογίζετο, ἐν δὲ ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ C ἀσέμνως καὶ ἀνικάνως καὶ αἰσχρῶς τὸν βίον αὐτοῦ διατελῶν πάντη

stiniani mater, multis verbis a caede Tiberii dehortans. supervenit autem Ioannes, vique a gradibus avulsum Chazaricae mulieris filium Tiberium ad vestibulum portae Callinici extraxit, ibique instar pecudis faucibus praecisis necavit. Elias, ut in colloquium cum militibus Iustiniani venit, eos promissa securitate ad sese perduxit, desertumque ab omnibus Iustinianum iracunde collo apprehendit, et gladio, quem femori alligatum gestabat, caput amputavit, hocque ad Philippicum, isque Romam usque misit.

Ceterum is de quo ante diximus Callistraticus monachus, haereticus et astronomus, cum Philippico imperium vaticinio promitteret, hoc quoque ab eo stipulatus fuerat, ut eo potitus sextam Synodum, quippe prave actam, aboleret: ita imperium ei diuturnum validumque fore. iuravit hoc se facturum Philippicus, et imperio potitus, uti iussus fuerat ab impostore monacho, falso episcoporum indicto concilio, sanctam et universalem sextam synodum irritam pronuntiavit. quo tempore vanus homo etiam est excaecatus. Cyro quoque patriarcha exturbato, Ioannem suae impietatis socium ei solio praefecit.

Fuit hic Philippicus, cognomento Bardanes, in colloquio facundus atque prudens habitus, sed in actionibus suis absque gravitate et industria ulla versans; turpiterque vivens extremam sibi infamiam paravit.

ἀδόκιμος ἐδείκνυτο. ἐμμανῶς γὰρ κινηθεὶς κατὰ τῆς ἁγίας ς' συνόδου ἀνατρέπειν ἔσπευδε τὰ ὑπ' αὐτῆς δογματισθέντα θεῖα δόγματα. εὗρε γὰρ ὁμόφρονας αὐτοῦ αὐτόν τε τὸν Ἰωάννην, ὃν ἐποίησε πατριάρχην, καὶ ἄλλους ὁμόφρονας αὐτοῦ, καὶ ἐγγράφως ἀνεθεμάτισαν αὐτήν. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ οἱ Βούλγαροι διὰ τοῦ Φιλέα λάθρα τῷ στενῷ ἐπιρρίψαντες ἕως τῆς χρυσῆς πόρτης διέδραμον. τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν σφαγέντων καὶ αἰχμαλωτισθέντων, ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντα, λέγειν οὐκ ἔχομεν. αὐτοὶ δὲ ἀβλαβεῖς εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ὑπέστρεψαν.

Τῷ β' ἔτει ἔδοξε τῷ Φιλιππικῷ μετά τινων πολιτῶν ἀριστῆσαι. D ἐν δὲ τῷ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς μεσημβριάζων, ἐξάπινα διὰ τῆς χρυσῆς πόρτης εἰσελθὼν Ῥοῦφος πρωτοστράτηγος τοῦ Ὀψικίου, μεθ' ὧν εἶχεν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, καὶ εἰσδραμὼν εἰς τὸ παλάτιον, ἥρπασε τὸν Φιλιππικὸν καὶ ἤγαγεν εἰς τὸ ἁρματώριον τῶν πρασίνων, καὶ ἐτύφλωσεν αὐτὸν μηδενὸς γνόντος. τῇ δὲ ἐπαύριον, ἤγουν τῇ κυριακῇ τῆς πεντηκοστῆς, συναχθέντος τοῦ λαοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐστέφθη Ἀρτέμιος ὁ πρωτοασηκρῆτις, μετονομασθεὶς Ἀναστάσιος, ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου αἱρετικοῦ, ἔτη β'.

Ἀρτέμιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος ἔτη β'. οὗτος λογιώτατος ὢν P 449 προεβάλετο στρατηγὸν ἱκανώτατον εἰς τὰ καβαλλαρικά, Λέοντα τὸν Ἴσαυρον, καὶ ἕτερον λογιώτατον εἰς τὰ πολιτικά, κἀκ τούτου ἐν ἀδείᾳ διετέλει. οὗτος Θεόδωρον καὶ Γεώργιον τοὺς πατρικίους

22 ὁπλιτικά?

insania quadam contra sacrum sextum concilium incitatus in id incubuit, ut omnia eius sacra decreta aboleret, nactus ad hoc secum sentientes cum Ioannem istum a se patriarcham creatum, tum alios quosdam, qui et detestati scripto istam synodum sunt. eodem tempore Bulgari, duce Philea, occulte per fauces ingressi usque ad auream urbis portam incursionem fecerunt. numerus occisorum ab iis et captorum maior est quam efferri ut possit. ipsi illaesi domum redierunt.

Anno secundo placuit Bardani cum nonnullis civium prandere. ceterum sabbato Pentecostes Philippicum meridiantem Ruffus Opsicianorum praefectus, cum Thracibus quos secum ducebat, subito per Auream portam irrumpens inque palatium procurrens, abripuit, inque armamentarium Prasinorum producto oculos nemine sciente effodit. postridie, nempe ipsa Pentecostes dominica die, populo in magnum templum collecto, ab Ioanne patriarcha haeretico inauguratus est regno Artemius princeps secretariorum, et Anastasii nomen ei inditum.

Artemius Anastasius imperavit annos 2. is erat homo doctissimus. equestribus copiis praefecit Leonem Isaurum, praestantissimum virum. sed et alium rebus civilibus hominem aptissimum praeposuit. itaque securus porro vixit. idem Theodorum et Georgium patricios oculis

ἐκτυφλώσας εἰς Θεσσαλονίκην ἐξώρισε. τῶν δὲ Ἀράβω. ὁπλιζομένων κατὰ Ῥωμανίας διά τε γῆς καὶ θαλάσσης, ἀπηγγέλη τῷ βασιλεῖ κατὰ τῆς πόλεως τούτους παραγίνεσθαι. ὁ δὲ ἤρξατο κτίζειν δρόμωνας καὶ διήρεις, καὶ τὰ παράλια τείχη ἀνακαινίζειν καὶ τὰ χερσαῖα, καὶ γεννημάτων τὰ ὡρεῖα ἐπλήρωσεν. ἐπὶ τούτου Γερμανὸς ἐκ μητροπόλεως Κυζίκου μετατίθεται εἰς Κωνσταντι-
B νούπολιν, καὶ κιτατώριον μεταθεσίμου ἐκπεφώνηται "ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα μετατίθησι Γερμανὸν τὸν ὁσιώτατον πρόεδρον τῆς Κυζικηνῶν μητροπόλεως εἰς ἀρχιεπίσκοπον ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως ἐπὶ Ἀρτεμίου βασιλέως." μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι στόλος ἐξῆλθε Σαρακηνικὸς πρὸς τὸ κόψαι ξύλα εἰς τὸν Φοίνικα, ἐξαρτύσας στόλον ἐξαπέστειλε πρὸς τὸ καῦσαι τὴν τοιαύτην ξυλήν. ἐλθόντος δὲ τοῦ στόλου ἐν τῇ Ῥόδῳ, ἐστασίασε, καὶ τὸν μὲν βασιλέα ἀνέσκαψαν τὸν δὲ στρατηγὸν αὐτὸν Ἰωάννην ῥομφαίᾳ ἀνεῖ-
C λον, καὶ εὐθέως κατὰ τῆς βασιλίδος ἀνέπλευσαν. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ Ἀτραμυτίῳ, εὗρον ἐκεῖσε Θεοδόσιον διοικητὴν εὐσεβῆ καὶ ἀπράγμονα, καὶ ἀνηγόρευσαν αὐτὸν βασιλέα. ὅπερ μαθὼν Ἀρτέμιος, τὴν πόλιν ὀχυρώσας ἐν Νικαίᾳ τῇ πόλει κατέφυγεν. ὁ δὲ τῆς πόλεως στόλος καὶ ὁ τοῦ Θεοδοσίου μέχρι μηνῶν ἓξ ἀλλήλοις κατεπολέμουν. ὁ δὲ Θεοδόσιος διαβὰς ἐπὶ τὰ Θρᾳκῷα μέρη ἐν ὄχλῳ βαρεῖ τὴν πόλιν καταλαμβάνει, καὶ τοὺς ἐν τῷ τείχει

22 ἀλλήλους?

